¶Circa hanc conclusionem dubium statim occurrit quid intelligitur hic nomine sacre doctrine seu discipline. Aut intelligitur fides/aut theologia. Si fides/sequuntur duo inconuenientia/primum est/qđ idem bis quereretur. nam in scđa scđe,q.scđa artic.3ᵒ queritur an credere aliquid supernaturale/sit necessarium ad salutem. Secundum est qđ equiuoce sumitur sacra doctrina in hoc ꝛ in sequentibus articulis.nam constat qđ in eis non sumitur pro fide. Si theologia/sequeretur qđ fides absq̧ theologia non sufficeret ad salutem hominis:quod est falsum:sequela patet:quia in litera dicitur q̧ ista doctrina est necessaria ad salutem humanam. Falsitas vero consequentis:ꝛ ex se patet:et ex ratione in litera assignata conuincitur : quia scilicet homo potest intentiones ꝛ actiones suas per fidei cognitionem in

Universidad de Deusto Biblioteca

finem supernaturalem dirigere.
¶Ad hoc dicendum est/ꝙ sacra doctrina neq; sumitur pro fide vt distinguitur contra theologiam: neq; pro theologia vt distinguitur contra fidem: sed sumitur pro cognitione a deo reuelata siue formaliter siue virtualiter: vt habet rationem discipline ⁊ doctrine abstrahendo a ratione crediti ⁊ sciti. Cognitio enim qua egemus ad salutem/prout a deo docente in homine

mine per rationem inquirenda: sunt tamen a deo reuelata, suscipiēda per fidem. Unde ⁊ ibidem subditur, Plurima supra sensum hominum ostensa sunt tibi. Et in huiusmodi sacra doctrina consistit. ¶Ad secūdum dicendum, quod diuersa ratio cognoscibilis diuersitatem scientiarum inducit. Eandem enim conclusionem demonstrat astrologus ⁊ naturalis: puta ꝙ terra est rotunda. Sed astrologus per medium mathematicum, id est a materia abstractum. Naturalis autem per medium circa materiam consideratum. Unde nihil prohibet de eisdem rebus de quibus physice discipline tractant: secūdum ꝙ sunt cognoscibilia lumine naturalis rationis: ⁊ aliam scientiam

suscipitur/doctrina est ⁊ disciplina iuxta illud Joan.6. omnis qui audiuit a patre et didicit venit ad me: et de hac dicitur in conclusione hac/ꝙ est necessaria ad salutem. Et quoniam cognitio huiusmodi vt disciplina est reuelata abstrahit a rōne credendi ⁊ sciēdi: ⁊ a rōne reuelati formaliter: id est in seipso/⁊ virtualiter: id est in suis principiis: ideo hoc in loco vbi de doctrina reuelata preter physicas disciplinas queritur/ad nullū horum licet determinate descēdere. Et sic aliud formaliter queritur hic et aliud queritur inferius in secūda secunde: quia hic de doctrina/ibi de credere: ⁊ vniuoce sumitur hic sacra doctrina ⁊ in sequenti articulo. Nec sequitur ꝙ theologia vt distinguitur contra fidem sit necessaria: sed ꝙ theologia: vt abstrahit a fide ⁊ scientia/sit necessaria ad salutem: quod constat esse verum propter rationem in litera assignatam. Nec valet/fides sufficit: ergo theologia non requiritur. Tum quoniam in fide clauditur theologia (vt hic sumitur) sicut animal in homine. Tum quoniam scientia hec apud Augustinum.14. de trini. non solum nutrit/defendit/⁊ roborat fidem/sed gignit eandem. Et vere sic est ex parte credibilium: fides enim licet sit a deo infundente inclinationem ad credendum: est tamen ex auditu per verbum Christi/quo ad credibilia: vt ad Rom.10. habetur in litera: ⁊ a. S. Tho. ⁊ sic theologia clauditur in fide: vt gignens eam. Et si inferatur: ergo quilibet fidelis adultus explicite credens ⁊c. est theologus. dicendum est/ꝙ non simpliciter: sed particeps est theologie sm quid ⁊c. sc; sm principia ⁊c.

¶Circa hanc partem est aduertendum ꝙ Scotus in prima questione prologi primi sententiarum: nec a conclusione/nec a ratione discordat: sed a causa quare finis ille est nobis naturaliter occultus. Nos enim dicimus: ꝙ ideo finis ille est nobis naturaliter occultus: quia est supernaturalis finis anime nostre. Et propterea quantūcūq; perfecte nota esset nobis natura nostre anime quo ad naturalia nunq; cognosceretur sub ratione qua ordinatur in talem finem: quia extra naturalium latitudinem est tam finis q; illa anime ratio. Ipse vero tenet illum finem esse naturalem nostre anime: quamuis supernaturaliter adipiscendum: ⁊ tamen esse naturaliter incognitum/quia anima nostra non nobis naturaliter est nota saltem pro statu isto sub illa propria speciali ratione qua ordinatur ad illum finem.

¶Quod autem finis ille sit naturalis probat tripliciter. Primo authoritate Augustini in libro de predestinatione sanctorum. Proinde posse habere fidem sicut posse habere charitatem nature est hominum: habere autem gratie est fidelium. ¶Secundo ex appetitu. Homo naturaliter appetit illū finem quem dicis supernaturalem: ergo est ei naturalis. ¶Tertio ex ratione naturalitatis. Potentia comparata ad actum: aut est naturalis aut violenta/aut neutra: nec est ibi aliqua supernaturalitas: ergo intellectus seu anima naturaliter ordinatur ad visionem dei seu fruitionem. Antecedens quo ad partem affirmatiuam declaratur: quia potentia aut inclinatur ad talem actum: aut repugnat tali actui: aut neutraliter se habet: si primo modo est naturalis: si secundo violēta: si tertio neutra. Quo ad partem vero negatiuam declaratur differentia naturalitatis: a supernaturalitate attenditur penes comparationem potentie ad agēs naturaliter vel supernaturaliter impressiuum in talem potentiam. Igitur comparando potentiam ad actum nulla est supernaturalitas. Consequentia vero probatur/ex eo qd anima inclinatur in omnem suam ⁊ precipue summam perfectionem, qualis est actus fruitionis dei ⁊c.

¶Ad euidentiam huius difficultatis scito/ꝙ apud nos potentia/aut est naturalis/aut violenta/aut obedientialis: ⁊ hoc tam in comparatione ad actum q; ad agens: nec aliqua est in rerum natura potētia neutra/omissis artificialibus: vt in questione de potentia neutra iuxta hunc articulum dicetur. Uocatur autem potentia obedientialis aptitudo rei ad hoc: vt in ea fiat quicquid faciendum ordinauerit deus: ⁊ secundum talem potentiam/anima nostra dicitur in potentia ad beatitudinem pollicitam ⁊ finem supernaturalem ⁊ alia huiusmodi. ¶Unde ad primum Scoti dicitur ꝙ Augustinus non dixit ꝙ posse habere fidē sit naturale homini: sed ꝙ sit nature hominum. Aliud est enim potentiam esse nature: ⁊ aliud esse naturalem: primum enim significat subiectum potentie: secundum autem modum potentie. Et ideo primum est verum in proposito: secundum vero falsum. Potentia siquidem illa obedientialis ad fidem ⁊ charitatem/est in natura hominum: quia intellectiua est: non autem in natura leonina: quoniam sibi repugnat. Et hoc intendebat August. ¶Ad secūdum negatur antecedens. ¶Ad tertium vero negatur assumptum/⁊ quo ad tertium membrum partis affirmatiue/⁊ quo ad partem negatiuam: supernaturalitas siquidem attenditur etiam conferendo potentiam ad actum: quoniam sunt quidam actus qui ex genere suo sunt simpliciter supernaturales: vt gratia/gloria et alia huiusmodi: vt in alia questione patebit.

¶Secunda autem conclusio probatur: disciplina qua communius citius ⁊ tutius peruenitur ab hominibus ad cognitionem diuinorum demonstrabiliū est homini necessaria: disciplina reuelata est huiusmodi: ergo. Omnia patent in litera ⁊ diffusius in primo contra Gentiles: caplo.4.

tractare: secundum qd cognoscuntur lumine diuine reuelationis. Unde theologia que ad sacram scripturam pertinet, differt secūdum genus ab illa theologia que pars philosophie ponitur.

a ¶Utrum sacra doctrina sit scientia.

Articulus secundus.

AD secūdum sic proceditur. Uidetur ꝙ sacra doctrina nō sit sciētia. Omnis enim scientia procedit ex principiis per se notis. Sed sacra doctrina procedit ex articulis fidei: qui non sunt per se noti: cum non ab omnibus concedantur: nō enim omniū est fides: vt dicitur secūde

¶In responsione ad secūdum. Aduerte qd argumentum erat hoc: omne ens est scibile p physicas disciplinas: ergo nō restat aliquid scibile per doctrinam reuelatam: ⁊ cōsequenter non est necessaria. Consequentia prima probatur: quia nihil scitur nisi verum/quod cū ente conuertitur/antecedēs vero patet sexto meta. ⁊ inductiue. ¶Ad hoc autem dupliciter responderi potest: sm ꝙ antecedens dupl'r distingui pōt. Primo sic. Omne ens sm oia q sūt cognoscibilia/vel nō sm oia: s; abstrahibilia tm a sensibilibꝰ/est scibile p physicas disciplinas: in primo sensu est falsum: in secūdo verū. Scdo sic. Omne ens omni modo: vel non omni modo: sed inquantum illucescere potest per lumen intellectus agentis/est scibile per physicas disciplinas. In primo sensu est falsum: in secundo verum. Quāuis autem vtramq; responsionem argumentum recipiat, placuit tamen authori secundam responsionem adhibere non primam explicite: tum vt ex propriis huius articuli/lumine scilicet diuine reuelationis/oppositas difficultates solueret: tum quia prima responsio iam in corpore articuli in prima conclusione habebatur.

¶Ueruntamen Scotus in primo. questione prima prologi/in solutione primi argumenti/pro philosophis hanc responsionem reprehendit: eo quod secundum eam non saluatur necessitas theologie: quam argumentum infringere intendebat. Probat autem hoc sic. Ex hac responsione nihil aliud habetur nisi eadem per theologiam ⁊ alias scientias cognosci: quamuis alio modo: sicut per astrologiam ⁊ physicam scitur ꝙ terra est rotunda: ergo non saluatur necessitas: sed distinctio theologie ab aliis. Tenet consequentia ex proportionalitate a te assignata: quoniam ex quo illa conclusio: terra est rotunda: est scita per alteram scientiarum: reliqua non est necessaria respectu illius quo ad sciendam conclusionem/quāuis sit distincta.

¶Ad hoc respondetur/qd diuersitatem modi sciendi diuersitas obiecti formaliter sumpti seu rationis formalis obiecti comitatur: compatiendo tamen quandoq; idētitatem aliquo modo alicuius conclusionis/si adequata est ratio modo: aut saltem comitatur diuersitas multarum veritatum scibilium/si inadequata est: vt inferius articulo tertio patet. Unde eedem res sub diuersis rationibus cognoscendi accepte/diuersitatem cognoscibilium inducunt. Et propterea dicendo ꝙ est diuersa ratio cognoscibilis implicite insinuauit alienitatem quoq; cognoscibilium: quam iam in prima conclusione expresserat. Et propter hoc negatur antecedens: quoniā ex hac responsione quāuis explicite non habeatur nisi diuersitas modi cognoscendi/implicite tamen habetur etiam diuersitas cognoscibilium.

¶Ad exemplum autem de Astrologia: licet dici posset/ꝙ exemplorum non requiritur assimilatio in omnibus: Tamen exemplum sequendo dicitur/ꝙ sicut astrologia alio lumine q; physica in aliquam conclusionem coincidit/⁊ nō in omnes: sic theologia alio lumine ⁊ easdem veritates quas alie scientie ⁊ alias veritates de eisdem rebus considerat. Et sic quemadmodum Astrologia quāuis coincidat quo ad materiam in aliquam conclusionem Physicam: quia tamen alio lumine ⁊ consequenter alias veritates considerat est non solum diuersa sed necessaria sciētia: sic ⁊ theologia est ab aliis diuersa ⁊ necessaria.

a ¶Super Articulum secundum.

IN titulo huius secundi articuli: nota duos terminos. primo ly scientia. secundo ly sacra doctrina. Scientia enim sumitur hic proprie vt est intellectualis virtus (sexto ethico.) ⁊ habitus conclusionum per demonstrationem acquisibilis ex principiis: et quoniam talia sunt subiecta que ia permittuntur a predicatis: consequens est ꝙ ly sacra doctrina sumatur hic pro doctrina reuelata/vt est conclusionum. Neq; enim sumitur pro tota: quoniam stultum videtur querere an tota cognitio claudens in se principia ⁊ conclusiones sit scientia: cum constet principiorum non esse scientiam: sed pro ipsa absolute: vt in primo artic. adiuncto respectu ad conclusiones: ita ꝙ sensus questionis est: an sacra doctrina quam probauimus necessariam: quo ad conclusiones suas habeat rationem scientie an non: sed opinionis ⁊c. ⁊ sic idem omnino est subiectum questionis ⁊ conclusionis responsiue: ⁊ questiones equantur vere scitis iuxta doctrinam secundi posteriorum.

¶In corpore proposita conclusione responsiua: tria facit. Primo ponitur vnica distinctio. Secundo modificatur conclusio responsiua. Tertio deducitur corollarium. Distinctio est: scientia duplex: subalternans ⁊ subalternata ex primo posteriorum. Differentia inter has est: ꝙ subalternans procedit ex propositionibus per se notis: subalternata vero ex principiis notis non per se: sed lumine superioris scientie: vt patet in Arithmetica ⁊ Musica: Geometria ⁊ perspectiua.

¶Circa hanc distinctionē ac differentiā vide ꝙ ex propria ratione scientia absolute nascitur hec differentia assignata in litera: ⁊ propterea tanq; prima ⁊ essentialis differentia inter subalternantem ⁊ subalternatam suscipienda est. Et ex his oportet omnes difficultates solui si doctrina vera est. Scito igitur ꝙ de ratione scientie absolute vt distinguitur contra alios habitus seu virtutes intellectuales est habere cōclusiones visibiles in alio: id ē in

Thessal.3. Non igitur sacra doctrina est scientia.
¶Preterea. Scientia nō est singularium. Sed sacra doctrina tractat de singularibus: puta de gestis Abrahe, Isaac et Jacob ⁊ similibus. Ergo sacra doctrina non est scientia.

Sed contra Est quod Aug. dicit. xiiij. de trinita. Huic scientie attribuitur illud tātūmodo: quo fides saluberrima gignitur nutritur defenditur roboratur. Hoc autem ad nullam scientiam, pertinet nisi ad sacram doctrinam. Ergo sacra doctrina est scientia.

principiis: quoniam omis scientia ex principiis oritur necessario. Et ex hoc sequitur ꝙ nec scientia subalternans nec subalternata habet euidētiam conclusionū in seipsis: sed adiuta habitu principiorum: verum in hoc differunt: ꝙ subalternantis conclusiones visibiles sunt ex et in principiis immediate: id est absq; alio medio habitu. Subalternate vero cōclusiōes visibiles sunt ex ⁊ in principiis per se notis mediate: mediante sc; habitu scientifico subalternante. Et hec est essentialis ⁊ per se differentia inter subalternantem ⁊ subalternatam scientiam. Cetere autem conditiones sunt consequentes: aut sunt talis subalterne: non subalterne vt sic. Puta ꝙ vna dicat qr: ⁊ altera propter quid: aut ꝙ obiectum addat, differentiam accidentalem extraneam. Hec nanq; est conditio subalternationis quo ad obiectum: illa vero subalternationis quo ad principia: gratia materie: vt infra patebit. Essentiale ergo omni scientie proprie dicte: id est discursiue est habere conclusiones visibiles non in ⁊ ex se: sed in ⁊ ex alio. Et ex his deducuntur quinq;. Primo: ꝙ omnis scientia est scientia ex sua continuatione ad habitum superiorem: quoniam non nisi ex illa continuatione euidentiam habet conclusionum. Et vt dicitur primo posteriorum: Non sciet non habens demonstrationem demonstrabilium. Demonstratio enim est que continuat: nō curando modo actu vel potentia. Secundo ꝙ scientia subalternata est scientia ex cōtinuatione seu continuabilitate ad sciētiam superiorem eadem ratione. Tertio: ꝙ per se habitus principiorum proximorum subalternate est habitus scientificus subalternans. Quarto: ꝙ scientia subalternans ⁊ subalternata non necessario opponuntur ex parte obiecti nec ex parte subiecti: sed potius ex parte conditionum mediis: quia scilicet medium in subalternante immediate iungitur principiis per se notis: subalternate vero mediate: mediante scilicet habitu alterius speciei. Quinto: ꝙ subalternata ⁊ subalternans sunt compossibiles in eodem subiecto: quia non opponuntur ex parte subiecti. Et ex his deducitur sextum: ꝙ principia proxima subalternate possunt duplici habitu cognosci scilicet scientia superiori/⁊ fide: vt in litera expresse dicitur dum in corollario ponitur fides de principiis ⁊ in distinctione: ponitur lumen superioris scientie de eisdem. Sed scientia superior est eorum habitus per se: quia ex essentiali comparatione ex qua habet subalternata ꝙ sit scientia. Fides vero est eorum habitus per accidens: quia ratione subiecti in quo est: puta perspectiui non geometre. Est autem vnum hic aduertendum: ꝙ in prima ⁊ essentiali conditione subalternate scientie concurrunt duo. Primum est ineuidentia in se cū euidentia ex ⁊ in alio. Secundum est mediatio principiorum proximorum: que est causa illius ineuidentie in se: sed primum horum est formale: ⁊ consequenter omnino semper requisitum. Secundum autem est materiale. Si enim posset saluari illa ineuidentia cum visibilitate in alio absq; mediatione: nihil minus subalternaretur illi: quia vt iam patet ex dictis penes illum modum euidentie est essentialis ⁊ per se differentia inter subalternantem ⁊ subalternatam: ⁊ hinc sequitur ꝙ non oportet principia subalternata ex formali ratione subalternationis habere propter quid: sed sat est esse illo modo propositiones ineuidentes ⁊ visibiles. ¶Conclusio modificata est: sacra doctrina est scientia subalternata scientie dei ⁊ beatorum. Probatur. habitus acquisitus ex principiis notis lumine scientie dei et beatorum est scientia subalternata illi. Sacra doctrina est huiusmodi. ergo.

¶Corollarium est. sacra doctrīa credit principia reuelata sibi a deo. Probatur ex conditione subalterni artificis. Musica credit principia tradita sibi ab arithmetico. ergo ⁊c.

¶Circa hunc articulum aduerte conclusionem responsiuam habere duas partes scilicet ⁊ ꝙ theologia est scientia: ⁊ ꝙ est subalternata scientie dei. ¶Contra quidem primam partem multipliciter arguitur a Durando: Aureolo: ⁊ Gregorio de arimino: vt habes hic a Capreolo ex conditionibus ipsius scire: ⁊ demonstrationis assignatis primo posteriorum/⁊ sexto ethicorum. ¶Ex parte obiecti: quia scientia est de necessariis: ista est de contingentibus: puta incarnatione predestinatione glorificatione ⁊c. Ex parte principiorum: tum quia scientia est ex per se notis: tum quia habitus principiorum scientie est superior habitu conclusionis. Ex parte certitudinis: tum quia sciens scit se scire: tum quia scientia est virtus intellectualis. ¶Et si dicatur ꝙ theologus scit se scire ex suppositione: scilicet si articuli fidei sunt veri: ergo inquit Aureolus: ista est scientia consequentiarum ⁊ non consequentium: ⁊ necessitatis consequentie: et non consequentis: ⁊ breuiter illationum non rerum. ¶Ex parte modi. Sacra doctrina inquit Scotus in tertio sen. di. 24. q.1. non est tradita per discursum syllogisticum: sed omnibus eque assentimus: ita ꝙ nō vni propter aliud: ergo antecedens manifestatur: quia licet arguatur prime ad corin.15. ⁊ a doctoribus. Nulla tamen maior certitudo est probate q; probantis: aut probate ⁊ non probate: sed simpliciter proposite: qd in scientia non contingit. ¶Ex parte demum subiecti: fides ⁊ scientia apud te non stant simul: inquit Scotus ibidem: ⁊ questione.3. prologi primi. ergo.

b **Respondeo** Dicendū sacram doctrinā esse sciētiam. Sed sciendum est ꝙ duplex est scientiarum genus. Quedam enim sunt que procedunt ex principiis notis lumine naturali intellectus: sicut arithmetica geometria ⁊ huiusmodi. Quedam vero sunt que procedunt ex principiis notis lumine superioris scientie: sicut perspectiua procedit ex principiis notificatis per geometriam: et musica ex principiis per arithmeticam notis. Et hoc modo sacra doctrina est scientia: qr procedit ex principiis notis lumine superioris sciētie: que scilicet est

¶Contra secundam autem partem seu minorem allate rationis multipliciter arguitur impugnando duo. Primo diuersitatem theologie nostre a theologia dei ⁊ beatorum. Secundo. ꝙ distinctio illa que est inter eas qualiscunq; sit: non est distinctio cum requisitis conditionibus ad subalternātem ⁊ subalternatam. Scotus igitur in primo sen. q.3. prologi: dupliciter inuehit cōtra primum. Scientia dei non potest esse nisi vna formaliter: igitur nulla est subalternata: antecedens patet: quia deitas non est nisi vna ratio formalis. Preterea de eisdem veritatibus primo impossibile est esse subalternantem ⁊ subalternatam: quia vbi illa desinit hec incipit: iste sunt de eisdem: ergo. hec duo motiua simul ab Aureolo innuuntur sub alia forma: sic. subiectum subalternate addit ad subiectum subalternantis: sed subiectum theologie nostre non addit: ergo. Contra secundum autem Scotus ibidem ⁊ in 3°. vbi supra dupliciter arguit. Scientia subalternata dependet a subalternante vt a causa: ista non dependet sic a scientia beatorum: ergo. probatur minor. causa scientie non est nisi obiectum: potentia: subiectum: vel lumen: quorum nullum est scientia illorum. Preterea subalternata ⁊ subalternans sunt compossibiles in eodem subiecto: iste non sunt compossibiles. ergo. Probatur minor: quia sequeretur ꝙ idem esset simul comprehensor ⁊ viator. Demum contra idem arguit Durandus: subalternans dicit propter quid: ⁊ subalternata: quia iste non sic se habent: ergo. probatur minor: quia theologalia nō habent propter quid: ⁊ si habent: idem dicimus nos ⁊ beati. Puta propter quid christus est incarnatus. s. propter humanam salutem ⁊c.

¶Ad euidentiam huius difficultatis scito duo. Primum est: qd theologia nostra potest dupliciter considerari. Uno modo sm se. Alio modo vt in nobis viatoribus. Si consideretur sm se: sic proculdubio est scientia subalternata scientie beate quo ad euidentiam, cum ex eius continuabilitate scientie rationem induat: dum procedit ex principiis secundum se notis lumine beato: ⁊ contra hoc pauce aut nulle rationes militāt: quoniam prime rationes infringunt theologiam nostram in nobis non esse scientiam: secunde vero: non esse subalternatam totaliter non quo ad aliquid. Si autem consideretur vt in nobis viatoribus sic difficultates mote emergunt. Et putatur qd etiam apud S. Tho. sic accepta non sit sciētia nisi equiuoce: vt alibi ipse dicere videt: nec sit subalternata: nisi secūdum quid. s. quo ad euidentiam: ⁊ si hec considerentur facilis esset questionis solutio. Uerum mihi videtur aliter esse interpretandum S. Tho. quo ad secundum precipue punctum. Nam quo ad primum punctum: scilicet ꝙ Theologia nostra vt in nobis viatoribus non sit: aut sit scientia: vtraq; pars potest sane intellecta dici/et quod non est scientia: scilicet non habet scientie rationem perfectam: quia non vere scit qui non potest soluere in principia euidentia: ⁊ hoc intendit vbicunq; hoc innuit: ⁊ ꝙ est scientia imperfecta ratione status presentis: scientia enim imperfecta non est extra latitudinem scientie: ⁊ hoc affirmauit hic litera: ⁊ ne daretur occasio male intelligēdi: cum fuisset tantum quesitum vtrum esset scientia: responsum est affirmatiue cum aduersatiua subiuncta: vt completa responsio esset cum conditione specificante: ⁊ non absolute: non enim probauit ꝙ est scientia: sed ꝙ est sciētia subalternata: vt ex qualitate adiuncta intelligeres imperfectionem: quam in statu hoc habet. Quo ad secundum vero punctum de subalternatione: videtur mihi qd de subalternatione simpliciter intendat litera. Tum quoniam de tali distinxerat ante conclusionem. Tum quia vt patet ex dictis: subalternatio quo ad euidentiam oritur ex ratione scientie. Et propterea tenendum arbitror ꝙ theologia nostra secundum se/est vere scientia simpliciter subalterna: vt in nobis vero viatoribus/est scientia imperfecte: sed simpliciter subalterna. Tu autem nouitie cum disputas: caue ne fallaris pro eadem accipiens theologiam scdm se: ⁊ theologiam nostram scdm se: hec enim valde differunt: quoniam theologia secundum se est scientia: quam nata est parere deitas secundum se: ⁊ hec est theologia quam deus de seipso habet: sed theologia nostra distinguitur si ly nostra/demonstret humanam naturam simpliciter: in theologia beatorum ⁊ viatorum: non oportet autem distingui si ly nostra demonstret viatores: ⁊ sic accipitur in proposito: hec tamen potest accipi secundum se: ⁊ vt in nobis viatoribus. Habes autem distinctionem hanc vltimam ex litera: dum in corollario manifeste loquitur de theologia nostra vt in nobis viatoribus ⁊ quorum est credere principia. Et in conclusione responsiua locutus est de eadem secundum se: conuenit siquidem ei secundum se oriri ex principiis notis secundum se lumine superioris scientie ⁊c. Secundum est: quod quia omnia nostra translata in deum/seclusis imperfe-

ctionibus transferri intelliguntur. Consequens est ꝛ qd scientia ratione euidentie ꝛ certitudinis non quo ad discursus imperfectionem ꝛ qd sub alternare: nō quo ad discursus demōstratiui probationē principia subalternare: sed quo ad euidentiam illorum ꝛ causalitatem notitie eorum in alijs: transferatur in dei scientiam: ac per hoc non oportet ex subalternatione quod principia Theologie nostre sint conclusiones Theologie beatorum: sed sat est ꝙ sint propositiones euidentes theologie beatorum sicut si geometria absqꝫ discursu esset, haberet quā nunc habet euidentiam de principijs perspectiue, sed non eodē modo, ꝛ nihil minus subalternās esset. Quia igitur conclusiones theologales procedunt ex articulis fidei vt principijs non in se euidentibus, sed in scientia dei ꝛ beatorum: consequens est ꝙ habet essentialem conditionem cōstitutiuā sciētie subalternate, ꝛ ꝙ est sciētia ex cōtinuatione ad sciētiā dei ꝛ beatorum: ꝛ ꝙ habitꝰ per se principiorum eius est sciētia diuina, habitus vero per accidens eorum est fides, ꝛ ꝙ non opponitur scientie beate ex parte obiecti, nec subiecti: sed secundum euidentiam ꝛ ineuidentiam negatiue: ꝛ ꝙ sunt compossibiles in eodem subiecto simul. Nec est idem iudicium de scientia subalternata ꝛ fide: quoniam lumen diuinum absolute est per se ratio formalis huius notitie: inquantum sciētifica est. Lumen autē diuinum obumbratum est per se ratio assensus fidei, que per accidens est: vt dictum est: habitus principiorum horum: ꝛ ideo habitus principiorum non remanebit in patria, scientia autem acquisita ex eis remanebit, iuxta illud Hieronymi: Discamus in terris ꝛc. Unde ad rationes in oppositum cōtra primam partem inductas sigillatim propter nouitios respondendo dicitur.

scientia dei ꝛ beatorum. Unde sicut musica credit principia tradita sibi ab Arithmetico: ita doctrina sacra credit principia reuelata sibi a deo.

Ad primum Ergo dicendum ꝙ principia cuiuslibet scientie vel sunt nota per se: vel reducuntur ad notitiā superioris scientie. Et talia sunt principia sacre doctrine: vt dictum est c. ¶Ad secundum dicendum ꝙ singularia traduntur in sacra doctrina: non quia de eis principaliter tractetur: sed introducuntur, tum in exemplum vite sicut in scientijs moralibus: tum etiam ad declarandam auctoritatem virorum per quos ad nos reuelatio diuina processit: super quā fundatur sacra scriptura seu doctrina.

a ¶Utrum sacra doctrina sit vna scientia. Articulus tertius.

b ¶Et ad primum dicitur ꝙ incarnatio ꝛ alia huiusmodi secundum se contingentia: vt subsunt huic scientie sunt necessaria, quemadmodum vt scita a deo sunt necessaria: vt in questione. 14. patebit.

¶Ad secūdum vero iam patet, ꝙ ista scientia est ex per se notis: id est euidētibus mediate, ꝛ hoc sufficit iuxta illud primi Topicorum: demonstratio est ex per se notis, vel ex his que per illa fidem sumpserunt: habitus quoqꝫ per se principiorum huius scientie est altior ipsa, quicquid sit de habitu per accidens: id est fide: que dici potest altior sciētia quo ad adhesionem: licet non quo ad euidentiam.

¶Ad tertium autem dicitur: qd Theologus scit se scire non conditionaliter, sed subalterne: hoc autem non est scire illationes tantum: sed illata ex principijs euidentibus in superiori scientia. Nec plus potest inferri ex tali ineuidentia nisi ꝙ tale scire non est perfectum, nisi continuetur cum superiori scientia: quod non solum concedimus sed docemus. Et similiter dicimus ꝙ scientia subalterna vsqꝫ quo non continuatur subalternāti non est virtus intellectualis, sed inchoatio virtutis intellectualis: ꝛ ideo spectat ad eandem virtutis speciem: scilicet scientiam.

¶Ad quartum quod est Scoti, negatur antecedens: quoniam in sacra scriptura traduntur demonstrationes virtualiter, ꝛ generatur alius habitus a fide: ex deductione conclusionum ex articulis fidei. Nec est verū ꝙ omnibus assentiamus eque seu eodem modo: quoniā articulis assentimus non propter aliud. Conclusionibus autem: de quibus solis est hec scientia assentimus propter articulos. Et cum dicitur qd eque assentimus probatis ꝛ simpliciter propositis respondetur: si omnia simpliciter credenda proponerentur, theologia nostra in se quidem esset scientia: qꝛ conclusiones sue secundum se nate sunt deduci ex articulis fidei: sed quo ad nos non esset scientia: sed fides: ꝛ non solum eque sed eodem modo assentiremus omnibus: verum quia de facto articuli proponuntur nobis simpliciter credendi: cetera autem vt ex articulis deducenda: ideo non eodem modo assentimus principijs ꝛ cōclusionibus. Nec eque assentimus conclusionibus probatis ꝛ non probatis: propter quod circa non probatas tanta opinionum diuersitas in sacra doctrina toleratur: ꝛ propterea est scientia non solum in se sed quo ad nos: imperfecta tamen.

¶Ad vltimum autem iam patet, ꝙ non ponimus fidem ꝛ scientiam de eodem simul: quia fides est de articulis: scientia autē de cōclusionibus.

¶Ad argumenta vero contra secundam partem respondēdo dicitur qd scientia de deo adequata nō potest esse nisi vna: inadequata vero potest multiplicari: talis autem est theologia. Uel dicatur ꝛ melius: quamuis in idem redeat: ꝙ antecedens est simpliciter falsum: quoniam ad vnitatem scientie requiritur ꝛ vnitas rationis formalis obiecti vt res: ꝛ vnitas rationis formalis obiecti vt obiectum: vt in sequenti patebit articulo. in proposito autem quamuis deitas sit vna ratio formalis obiecti vtriusqꝫ theologie vt res est: alia tamen ꝛ alia est ratio formalis eiusdem obiecti vt obiectum est in vtraque Theologia: quoniam deus vt clare visus obijcitur beatis. Deus autem vt reuelatus abstrahendo a claritate ꝛ obumbratione: obijcitur theologie nostre absolute sumpte.

¶Ad secundum dicitur ꝙ theologia nostra ꝛ beatorum non sunt de eisdem veritatibus: prout manifeste patet de veritatibus articulorum fidei, de quibus est theologia beatorum non nostra. Et per hoc patet responsio ad formam argumenti Aureoli. Cōcedi siquidem potest: qd subiectum theologie nostre addit aliquo modo ad subiectū theologie beatorum accipiēdo subiectum nostre theologie pro toto aggregato ex subiecto vt re ꝛ vt obiecto: sic enim subiectum est deus reuelatus. Reuelationem autem constat addere differentiam accidentalem. At si pertinaciter ex parte obiecti vt res est additionē talem quis exigat i subiecto subalternate: negatur assumptum vniuersaliter: licet in quibusdā verificetur. Nec oppositum dicitur primo posteriorum. Sꝫ docetur ibidē qd vna scientia non descēdit in aliam nisi subiectū sit sub subiecto simpliciter: vel sic, quod concedimus, dum dicimus scientiam beatorum descendere in nostram: quia formale subiectum vt res, est omnino idem vtrobiqꝫ ꝛ vt obiectum huius est sub obiecto illius.

¶Ad reliqua vero obiecta contra secundum punctum dicitur ꝙ ista sciētia dependet a theologia beatorum vt a lumine: ꝛ ꝙ sunt compossibiles simul in eodem. Nec sequitur ꝙ idem sit simul viator ꝛ comprehēsor, sed sit simul comprehensor ꝛ habens scientiam quam acquisiuit in via. Alio modo non solum propter exclusionem discursus: sed propter perfectionē quam ex continuatione ad scientiam beatorum sortitur.

¶Ad vltimum Durandi negatur theologales conclusiones nō habere propter quid, quicquid sit de principijs. Et si idem propter quid nos et beati dicamus, non tamen eodem modo: quia illi euidenter: nos autem absqꝫ euidentia. At si principia dicatur oportere habere: propter quid: responsum est, qd sufficit ꝙ non sint euidentia in subalternata: sed in subalternante: ꝛ hoc loquendo de propter quid proprie. Nulla nāqꝫ est propositio pure theologalis, que nō habeat aliquo modo propter quid. Et sic patet responsio ad omnia obiecta.

Ad tertium Sic proceditur. Uidetur ꝙ sacra doctrina non sit vna scientia, quia secūdum philosophum in primo posteriorum, vna scientia est que est vnius generis subiecti. Creator autē ꝛ creatura de quibus in sacra doctrina tractatur: non continentur sub vno genere subiecti. Ergo sacra doctrina non est vna scientia. ¶Preterea. In sacra doctrina tractatur de angelis de creaturis corporalibus: de moribus hominum. Huiusmodi autem ad diuersas scientias physicas pertinēt. Igitur sacra doctrina non est vna scientia.

Sed contra Est qd sacra scriptura de ea loqꝫ sicut de vna sciētia. Dr enim sap. 10. Dedit illi sciam sctōꝝ.

Respondeo Dicēdum. sacram doctrinam vnam

¶Super articulum tertium.

In titulo nota duos terminos: scilicet subiectum et predicatum, ly enim sacra doctrina, sumitur pro tota scientia theologica: ly vna supponit pro vnitate specifica speciei specialissime. Et aduerte caute qd hic nō queritur vtrū sit vna simplex qualitas, sed vtrum sit vna sciētia secundum speciem, quicquid sit de modo vnitatis ipsius scientie in communi, an scilicet sit vna vnitate simplicitatis an vnitate ordinis ꝛc. Nihil enim refert ad propositū quid quisqꝫ sentiat. Sat est hic discutere an theologia sit scientia vna secundum speciem specialissimam: an non, sed sit diuisibilis in multas species: et vt mathematica diuiditur in Geometriam: Arithmeticam ꝛc. ita hec diuidatur in scientias plures: puta de Deo, de Christo, de moribus.

b ¶In corpore est vna conclusio responsiua quesito affirmatiue. Sacra doctrina est scientia vna. Probatur. vnitas potentie ꝛ habitus est secundum vnitatem rationis formalis obiecti: ergo sacra doctrina est scientia vna. Antecedens declaratur in potentia visiua ꝛ ratione formali sui obiecti. Consequentia vero probatur. Omnia considerata in sacra doctrina communicant in vna ratione formali obiecti huius scientie: scilicet lumine diuine reuelationis: ergo.

¶Ad euidentiam huius rationis nota duplicem esse rationem formalem obiecti in scientia: alteram obiecti vt res: alteram obiecti vt obiectum: vel alteram: vt que alteram vt sub qua. Ratio formalis obiecti vt res seu que est ratio rei obiecte que primo terminat actum illius habitus, ꝛ ex qua fluunt passiones illius subiecti, ꝛ que est medium in prima demonstratione, vt entitas in Metaphysica, quantitas in Mathematica, ꝛ mobilitas in naturali. Ratio autem formalis obiecti vt obiectū vel sub qua, est immaterialitas talis seu talis modus abstrahendi ꝛ diffiniēdi: puta sine omni materia in metaphysica, cum materia intelligibili tātum in mathematica, ꝛ cum materia sensibili: nō tamen hac in naturali. Necessitas autem qualitas ꝛ distinctio harum rationum sumēda est ex distinctione duorum generum in quibus oportet locare obiectum scientie. Oportet enim qd formaliter sit talis res taliter scibilis. Et ideo oportet ꝙ habeat et rationem formalem constituentem formaliter ipsam in tali esse reali: ꝛ rationem formalem constituentem formaliter ipsam in tali esse scibili: vt sic reponatur ꝛ in genere rerum ꝛ in genere scibilium: quemadmodum obiectum sensus est in duobus generibus: scilicet sub passibili qualitate ꝛ sub sensibili. Alie nanqꝫ sunt differētie ꝛ species passibilis qualitatis, ꝛ alie sensibilis. Illius enim sunt species: color: sonus: odor ꝛc. Istius vero species sunt visibile, audibile: odorabile. Illius differentie sunt cōstitutiue rerum obiectarum: istius differentie nihil ponunt in ipsis rebus obiectis. Ille rursus constituunt subiecta: iste passiones: iuxta illud secundi de anima: vbi visibile predicatum secundi modi per se seu passio ponitur coloris. Et quemadmodum sensus distinctio ꝛ multiplicatio non attenditur secundum quamcunqꝫ diuisionem sensibilis qualitatis: sed solum secundum illum in illa quinqꝫ ex quibus fluit diuisio per se sensibilis in eo ꝙ sensibile: per proprias scilicet differentias ipsius sensibilis: puta taliter immutatiuū esse sensus ꝛc. quoniā sensus dicitur diuidi secundum diuisionē sensibilis inquantū sensibile: ita obiectū scientie est in genere entis: ꝛ in genere speculabilis, ita ꝙ hec duo genera alijs et alijs differentijs proprijs diuiduntur in proprias species: entis enim differentie proprie sunt constitutiue entium in suis generibus realibus: sicut esse per se constituit substantiam et esse in alio accidens ꝛc. Speculabilis autem proprie differentie nihil ponunt in entibus. Unde ille intrinsece constituunt subiecta. Iste constituunt quasi passiones eorum: quandoquidem ꝛ speculabilitas entis passio est. Et propterea illa sola entis diuisio diuersificat habitus speculatiuos que infert propriam diuisionem speculabilis vt speculabile est, per proprias differentias ipsius speculabilis: que penes diuersitatem modi abstrahendi a materia sumuntur secto metaphysice. Ita ꝙ primo diuiditur ratio entis in entitatem simpliciter, quantitatem, ꝛ mobilitatem, ꝛ deitatem. Et ex hac fluit alia diuisio scibilis, in scibile per lumen metaphysicale: id est medium illustratum per abstractionem ab omni materia: ꝛ per lumen mathematicum: id est medium illustratum immaterialitate sensibili, obumbratū tamen materia intelligibili: ꝛ per lumen physicum obumbratum: id est medium obumbratum materia sensibili, illustratum autem ex separatione indiuidualium conditionum: ꝛ per lumen diuinum. i. medium diuino lumine fulgens: quod scibile theologicum constituit. Habet igitur obiectum scientie duplicem rationem formalem: alterā quidditatiuam sibi vt res est: alteram denominatiuam sui simpliciter. Quidditatiuam autem sibi vt est sub genere scibilis: quod est esse sub genere obiecti: quoniam scibile species est obiecti. Et ideo dictum est: ꝙ altera est obiecti vt obiectum est: ꝛ quoniam quemadmodum sensus distinguitur secundum distinctionem sensibilis vt sic: ita scientia diuiditur: secundum diuisionem scibilis vt sic: ita ꝙ vbi est vna species specialissima scibilis ibi oportet esse vnam tantum speciem scientie: quemadmodum etiam in sensu ꝛ sensibili accidit. Et vbi plures differentie scibilis vt sic reperiuntur: diuersas oportet scientie species ponere: ꝛ si his adiunxeris ꝙ differentie scibilis vt sic, sunt ipse rationes formales obiecti scibilis vt obiectum est, de necessitate sequitur ꝙ vnitas ꝛ diuersitas specifica scientiarum attenduntur penes vnitatem ꝛ diuersitatem rationum formalium obiectorum vt obiecta sunt: vel quod idē est rationum formalium sub quibus res sciuntur. Et hoc est quod in litera dicitur, dū ratio quare theologia sit vna scientia assignatur ex vnitate rationis formalis sub qua, seu obiecti vt obiectum: id est luminis diuine reuelationis. Omnia enim dicuntur considerari in theologia inquantum sunt diuinitus reuelabilia. Et sic patet vis ꝛ sensus rationis allate in litera.

scientiam esse. Est enim vnitas potentie et habitus consideranda secundum obiectū: non quidem materialiter: sed secundum rationem formalem obiecti c puta homo asinus ꝛ lapis conueniunt in vna formali ratione colorati: quod est obiectum visus. Quia igitur sacra scriptura considerat aliqua secundum ꝙ sunt diuinitus reuelata (secundum ꝙ dictum est c) omnia quecunqꝫ sunt diuinitus reuelabilia communicant in vna ratione formali obiecti huius scientie: ꝛ ideo comprehenduntur sub sacra doctrina, sicut sub scientia vna.

Ad primum Ergo dicendum: ꝙ sacra doctrina non determinat de deo ꝛ de creaturis ex equo. Sed de deo pricipaliter: ꝛ de creaturis secundum ꝙ referuntur ad deum vt ad principium vel finem. Unde vnitas scientie nō impeditur. ¶Ad secundum dicendum ꝙ nihil prohibet inferiores potentias vel habitus diuersificari circa illas materias que communiter cadunt sub vna potentia vel habitu superiori: quia superior potentia vel habitus respicit obiectum sub vniuersaliori ratione formali: sicut obiectum sensus communis est sensibile: quod comprehendit sub se visibile ꝛ audibile. Unde sensus cōmunis cum sit vna potentia extendit se ad omnia obiecta. 5. sensuum. Et similiter ea que in diuersis scientijs physicis tractantur potest sacra doctrina vna existens considerare sub vna ratione: inquantum. s. sunt diuinitus reuelabilia. Ut sic sacra doctrina sit velut quedā impressio diuine scientie: que est vna ꝛ simplex omnium.

¶Circa hanc rationem sic expositam occurrit triplex dubium. Primum circa ipsam rationem: secundum circa antecedens: tertium circa propositionem assumptam in probatione consequentie. Et sunt sigillatim absoluenda ordine proposito.

¶Circa rationem igitur litere dubium occurrit: qꝛ in equiuocationem cecidit: quoniam in antecedente loquitur de ratione formali obiecti vt res est (vt patet ex eius probatione in visu: assumitur nanqꝫ coloris ratio pro ratione formali visibilis: coloris autem ratio est ratio formalis visibilis in quantum res, vt patet). Probatio vero cōsequentie loquitur de ratione formali obiecti vt obiectum est: quoniā reuelabilitatem sumit esse rationem formalem obiecti theologie. Ergo manifeste committitur equiuocatio: sub ratiōe formali obiecti vt res subsumendo rationem formalem obiecti vt obiectum.

¶Ad hoc dicitur, negando assumptum: quoniam antecedens supponit indistincte pro ratione formali obiecti siue vt res siue vt obiectum: cꝫquis sit manifestatum quo ad rationem formalem obiecti vt res: tum quia notior est, tum quia conuertibiliter se consequuntur ille due rationes formales: vt subiectum ꝛ passio: vt dictum est: ꝛ propterea absqꝫ equiuocatione subsumi potuit de ratione formali obiecti vt obiectum est scilicet reuelabilitate. Et merito magis ratio obiecti vt obiectum subsumpta est quam ratio obiecti vt res: tum quia ratio obiecti theologici vt res adhuc non est assignata, sed in articulo septimo discutienda erat: alia vero est assignata ꝛ in primo ꝛ in secundo articulo. Tum quia ratio illius vt res, non infert speciem specialissimam obiecti vt sic: ꝛ consequenter nec speciem specialissimam scientie: vt nuncnunc patebit: et sic non habuisset intentum suum.

¶Sed contra responsionē insurgit maior difficultas: quoniam si verum est ꝙ ratio formalis obiecti vt res, ꝛ ratio eius vt obiectum, se habēt vt subiectum ꝛ passio conuertibiliter (vt prefata responsio sustinet: ꝛ prius est dictum) sequitur ꝙ theologia beatorum ꝛ nostra conueniant in vna ratione formali obiecti vt obiectum est: et consequenter sint vna scientia secundū speciē specialissimā et consequenter ruit tota subalternatio articuli precedentis vt ibi arguebat Scotꝰ: quia idem non subalternatur sibi. Probatur sequela sic. Iste theologie conueniūt in ratiōe formali obiecti vt res: quia deitas est ratio formalis vtrobiqꝫ: ergo in ratione formali obiecti vt obiectum: patet consequentia: qꝛ ille due rationes formales conuertibiliter se inferūt: vt subiectum ꝛ passio scdm dicta. Oportet enim conuenientia in vnitate subiecti, ꝙ cōueniant in vnitate passionis illiꝰ: quoniā inseparabilis est passio a subiecto. Ad hoc dicitur, ꝙ illa propositio. s. ratio formalis obiecti vt res, ꝛ ratio eius vt obiectū, sunt conuertibiles ꝛc. verissima est, sane intellecta. s. de rōne formali obiecti vt sic, adequata rationi formali rei. Secus autem est de ratione formali obiecti vt obiectū, inadequata rationi formali obiecti vt res, si contingit aliquod obiectum habere rationē inadequatam: quoniam inadequatā nō oportet conuerti cū ratione rei: sed inferre quidem illam, ꝛ non necessario inferri ab illa. Sic autem est in proposito: qꝛ deitati respondet vna tantū ratio formalis adequata obiecti vt obiectum est ꝛ hec est lumen diuinum. Sed illa ratio formalis nō est vna speciei sed in gnē: ꝛ diuiditur in lumē diuinum euidens, ꝛ lumen diuinū reuelans abstrahendo ab euidentia ꝛ ineuidentia: ꝛ lumen diuinū ineuidens: ꝛ primum est rō sub qua theologie beatorum: secundum nostre: tertium fidei. Et propterea cū vnitate rationis formalis obiecti vt res, stat diuersitas specifica rationum formalium obiecti illius vt obiectumꝰ: ꝛ consequenter diuersitas specifica habituum. Et ideo cꝫquis deitas conuertatur cum illa ratione adequata, ꝛ mutuo se inferant: non tamen conuertitur cum aliqua specie illius: ꝛ consequenter nullam earū determinate infert: sed infertur a singulis. valet enim deus sub ratione deitatis est obiectum talis scientie: ergo sub lumine diuino ꝛ econuerso. Sed non valet: ergo sub lumine euidēti: aut ergo sub lumine reuelationis ꝛc. ¶Et vt scias radicem responsionis huius, aduerte ꝙ licet due rationes formales sepius nominate se habeant conuertibiliter, vt subiectum ꝛ passio, non tamen conuertibiliter se habent in gradu vnitatis: ita ꝙ si altera vna est vnitate specifica specialissime, altera quoqꝫ sit sic vna: ꝛ si altera est vna gnē ꝙ reliqua quoqꝫ sit vna generice: imo totum oppositum, in pluribus apparet. Nam in obiecto metaphysice ratio entis est vna minus ꝙ genere: ꝛ tamen ratio sue speculabilitatis scilicet abstractio a materia sensibili ꝛ intelligibili, est vna scdm speciem specialissimam. Et idem apparet in geometria ꝛ arithmetica: quarū subiecta habent vnitatem genericam vt res: ꝛ speciei athome, vt obiecta. Et per oppositum quandoqꝫ ratio rei est vna secundum speciē athomam: ꝛ ratio obiecti vt sic est vna scdm genus: vt in proposito contingit de deitate ꝛ lumine diuino. Et merito opposito modo obiectum theologie se habet ad obiecta predictarum scientiarū: qꝛ obiectum formale vt res est, infinitū est. Consonat quippe rationi: vt rei species infinita excedat species obiecti finitas: cꝫquis adequet generi. Posset quoqꝫ dici ꝙ ratio formalis obiecti dupliciter assignat. s. ex parte obiecti: ꝛ hec conuertibiliter se habet ad rationem rei. Uel ex parte defectiue potentie: ꝛ hec non cōuertitur: sed infert rationem formalem rei, ꝛ non infertur ab illa. Sic autē est in proposito: qꝛ deitas ꝛ lumen diuinū conuertuntur: sed deitas ꝛ lumen diuinū sic non conuertuntur: sed tale lumen infert ꝛ claudit in se deitatem: non aūt econuerso. Et ideo licitum fuisset etiam sub ratione formali rei subsumere lumen reuelationis: quoniam in hoc clauditur illa. ¶Circa antecedens est dubium, habens campum valde magnum, de vnitate ꝛ diuersitate habitus ꝛ potentie ex obiecto: ꝛ propterea oporteret de hoc facere potius questionem specialem. Sat sit hic ꝙ antecedens illud ex secundo de anima habetur: vbi potentie per actus ꝛ actus per obiecta distingui dicuntur. Idem est enim de actu ꝛ habitu iudicium quo ad hoc.

¶Circa propositionem assumptam in probatione consequentie. s. omnia considerata in sacra doctrina conueniunt in vna ratione formali. i. reuelabilitate diuina, dupliciter dubitatur. Primo contra ipsam in se. Secundo contra ipsam vt applicatur ad inferendam vnitatem specificam theologie. Contra ipsam quidem in se arguit Albertus magnus in primo libro summe sue theologie reuelabilitas nihil ponit in reuelata: ergo non est ratio formalis. Tenet sequela: quia ratio formalis po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit aliquid in obiecto/cuius est ratio. ¶Deinde arguit aureolus. Lumē diuinum se habet ad theologiam vt intellectus agens ad scientias acq̄sitas: ergo non est ratio formalis.

¶Preterea: deus se habet vt preceptor: ergo sua reuelatio non est ratio formalis. ¶Contra ipsam autem vt infert vnitatem scientie arguit Aureolus. Si deus reuelaret simul physiosophiam ⁊ geometriam/non propteres esset vna scientia: ergo ex vnitate reuelationis non sequitur vnitas scientie ⁊c.

¶Pro euidentia ⁊ responsionum ad has obiectiones/vltra predicta scito q̄ lumen diuine reuelationis dupliciter comparari potest ad aliquam scientiam. primo vt infundens ad infusum/seu causa efficiens ad effectum. Et sic non dat vnitatem scientie: quoniam potest omnes scientias quātūcūq; diuersas infundere. Alio modo vt ratio seu modo cognoscendi obiecti: sub quo seu qua attingatur res reuelata a cognoscēte. Et sic dat vnitatem scientie. Et quāuis ista duplex comparatio concurrat hic simul: non tamen oportet semper simul concurrere: si enim deus reuelaret mihi geometriam: non propterea reuelatio esset ratio sub qua obiecti geometrie mee: quoniam ego scirem geometricalia sub illamet ratione formali qua alij geometre scirent. Sed in theologia cōcurrit vtraq; comparatio: quoniam ⁊ hec scientia non nisi per infusionem habita est/⁊ res scite in ea omnes attinguntur a nobis assentitur vt subsunt diuino lumini: vt modo cognoscibilitatis earum. Et propterea vnitas theologie inferitur in litera ex vnitate diuini luminis/non vt infundens est: sed vt est ratio formalis sub qua/modo superius exposito.

¶Et ex his patet facile responsio ad obiecta. Nam ratio Alberti equinocat de ratione obiecti: ex cōditionibus rationis formalis obiecti vt res: excludendo rationem formalem obiecti vt obiectum ⁊c. Prima autem ratio Aureoli deficit: quia lumen diuinum se habet vt intellectus agens/sed non tantum: sed etiam vt ratio formalis obiecti vt obiectum est. Secunda vero eodem modo deficit: quia preceptoris illuminatio hic non solū est influio/sed ratio rei infuse sub qua. Et rursus falsum est: q̄ ab vno preceptore vt sic: possint plures scientie prouenire. Ad vltimum autem Aureoli iam patet q̄ consequentia nihil valet: quia lumen diuinum infundendo physicam simul ⁊ mathematicam/non cōcurrit vt ratio obiecti vt obiectum est: sed vt infundens tantum ⁊c.

¶Super articulum quartum.

IN titulo notādum est quid nominis scientie speculatiue ⁊ practice. Scientia speculatiua vocatur/cuius finis propius non est nisi scire. Scientia autem practica est cuius propius finis est operari: vel opere appetibus/vel potentie executiue: dicente Aristotele. ⁊ethi. huiusmodi sermonem suscipimus nō vt sciētes simus: sed vt operantes ⁊c.

secundum dicendum, q argumẽtari ex autoritate est maxime proprium huius doctrine: eo q principia huius doctrine per reuelationem habentur. Et sic oportet q credatur autoritati eorum quibus reuelatio facta est. Nec hoc derogat dignitati huius doctrine: nam licet locus ab autoritate que fundatur super ratione humana sit infirmissimus: locus tamen ab autoritate que fundatur super reuelatione diuina: est efficacissimus. Utitur tamen sacra doctrina etiam ratione humana: non quidem ad probandam fidem (quia per hoc tolleretur meritum fidei) sed ad manifestandum aliqua alia que traduntur in hac doctrina. Cum igitur gratia non tollat naturam sed perficiat: oportet q naturalis ratio subseruiat fidei: sicut ⁊ naturalis inclinatio voluntatis obsequitur charitati. Unde ⁊ apostolus dicit prime ad corin. 10. in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium christi. Et inde est, q etiam autoritatibus philosophorum sacra doctrina vtitur, vbi per rationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt: sicut paulus actuum. 17. inducit verbum Arati dicens, sicut ⁊ quidam poetarum vestrorum dixerunt, genus dei sumus. Sed tamen sacra doctrina huiusmodi autoritatibus vtitur quasi extraneis argumentis ⁊ probabilibus. Autoritatibus autem canonice scripture vtitur proprie ex necessitate argumentando. Autoritatibus autem aliorum doctorum ecclesie quasi arguendo ex proprijs: sed probabiliter. Innititur enim fides nostra reuelationi apostolis et prophetis facte: qui canonicos libros scripserunt. Non autem reuelationi si qua fuit alijs doctoribus facta. Unde dicit augu. in epistola ad hiero. Solis enim scripturarum libris qui canonici appellantur didici hunc honorem deferre: vt nullum autorem eorum in scribendo errasse aliquid firmissime credã. Alios autẽ ita lego: vt quãtalibet sanctitate doctrinaq ꝑpolleant: nõ ideo verum putem: q ipsi ita senserunt vel scripserunt.

¶ Utrum sacra scriptura debeat vti metaphoris. Articulus 9.

9 1. plog. ar. 5. Et dist. 34. q. 3. ar. 1. ⁊ 2. Et 3. ꝯ. ca. 110. Et tri. ar. 8. Et quol. 4. q. 1. Et opus. 60. c. 11. fi.

Ad nonũ Sic proceditur. Uidetur quod sacra scriptura non debeat vti metaphoris. Illud enim quod est proprium infime doctrine non videtur competere huic scientie que inter alias tenet locum supremum: vt iam dictum est[c]. Procedere autem per similitudines varias ⁊ representationes est proprium poetice: que est infima inter omnes doctrinas: ergo huiusmodi similitudinibus vti non est conueniens huic scientie. ¶ Preterea. Hec doctrina videtur esse ordinata ad veritatis manifestationẽ: vnde ⁊ manifestatoribus ei⁹ premiũ promittitur eccli. 24. Qui elucidant me vitam eternam habebunt. Sed per huiusmodi similitudines veritas occultatur. Non ergo competit huic doctrine diuina tradere sub similitudine corporalium rerum. ¶ Preterea. Quanto alique creature sunt sublimiores, tanto magis ad diuinam similitudinem accedunt. Si igitur alique ex creaturis transumerẽtur ad deũ: tunc oporteret talem transumptionem maxime fieri sublimioribus creaturis, et non ex infimis. Quod tamen in scripturis frequenter inuenitur.

Sed cõtra Est q dicitur Osee 12. Ego visionẽ multiplicaui eis, ⁊ in manibus prophetarum assimulatus sum. Tradere aũt aliquid sub similitudine, est metaphoricũ. Ergo ad sacrã doctrinam pertinet vti metaphoris.

Respondeo Dicendum q conueniens est sacre scripture diuina ⁊ spiritualia sub similitudine corporaliũ tradere. Deus enim omnibus prouidet scdm qd competit eorꝫ natu-

¶ Super Articulum decimum.

T Itulus clarus. In corpore due conclusiones. Prima respōdet quesito affirmatiue. Sacra doctrina sub vna litera habet plures sensus scilicet literalem et spiritualem: et hanc triplicem scilicet allegoricum: moralem et anagogicū. Probatur ex differentia inter hanc scientiam et alias: ex differētia inter autores deriuata. Autor huius doctrine est deus: ceterarū homo: ergo in ptāte huius autoris est accōmodatio et vocum et rerum ad significādum: et nō in potestate autoris aliarum: ergo in ceteris scientijs voces tantum significant: in hac vero et voces et res: ergo in hac est duplex sensus / scilicet literalis et spiritualis. Omnes consequentie patent. Et vltima declaratur qr iuxta significationem vocum attenditur sensus literalis: iuxta significationē autem rerum attenditur sensus mystic⁹. Quo ad secundam vero partem declaratur / distinguendo triplicem figurationem vt clare patet in litera.

232.

¶ Circa hanc partē. Nota / cum accomodare res ad significandum nihil aliud sit quam facere res esse non solū res sꝫ signa aliarum rerum: dupliciter itelligi potest res fieri signa. Uno modo in ipsa generatione rerum vt scilicet simul fiant ad hoc vt sint res et signa aliarum rerum. Alio modo aduentitie: vt res iam facte accipiantur vt signa. ¶ Si accommodatio rerū ad hoc vt sint signa sumatur hoc secundo modo / non est proprium dei nec excedit hominis facultatem accōmodare res ad significandū: nec est proprium huius scientie / qꝫ res significent: quoniā res geste narrate in alijs historijs possunt ab homine interpretari vt signa aliarum: nō solum per modum imitationis: vt gesta fortia antiquorum imitanda sunt a successoribus: sed per modū significationis: vt scilicet gesta illa vt signa habeantur gerēdorum. ¶ Si autem sumatur accōmodatio rerum ad significandum primo modo / dupliciter potest intelligi: scilicet vniuersaliter et particulariter. Si particulariter / sic non excedit hois ptātē / nā qlibet pt facere aliquos act⁹ vel aliqđ artificiale / et faciendo illa intendere p illa significare aliā rē: vt pꝫ. Sꝫ qꝫ oia q̄ narrant̄ gesta in tot historijs vt res ad doctrinā aliquā spectantes / vt sic sint ex sui cōstitutione signa aliarū rerum: hoc excedit humanam facultatem: hoc dicit est ppriū in hoc hec doctrina ceteras scientias excellit. ¶ Est igitur sensus litere / qꝫ accommodare res vniuersaliter spectantes ad doctrinam ad hoc vt signa sint cum fiunt / est proprium huius doctrine: qr hoc a solo autore huius doctrine fieri potest: non .n. ex adinuentione nr̄a petra de qua fluxit iudeis aqua in deserto facta est signum christi: sed ad hoc ex illa petra fluxit aqua vt et in veritate esset fons aque et esset signum xp̄i / qui fons est aque spiritalis: dicente apostolo: bibebant autē de spirituali consequente eos petra: petra autē erat xp̄s: et sic de alijs.

¶ Scđa conclusio est. Non inconuenit in vna litera scripture sꝫ sensum literalem esse plures sensus. Probatur dupl'r: primo rōne. Autor scripture sancte ē deus: omnia simul suo intellectu cōprehendens: ergo nō incōuenit etc. Probatur ꝯña: qr sensus literalis est quem autor scripture intēdit. Scđo autoritate Aug. 12. confessionum.

¶ Circa hanc ꝯclusionem occurrit dubiū qr si sensus lr̄alis potest multiplicari / nulla erit certitudo q̄s sensus sit intent⁹ ad lr̄am / quolibet preferente suam expositionem interpretationi alterius. Cum .n. de intentione dei non alr̄ constet oportebit oēs litere expositiones vt lr̄ales acceptare / aut nullam.

¶ Ad hoc breuiter dicitur / qꝫ lr̄a h̄ns multas expositiones dupliciter se potest habere ad illas. Primo cō patiens illas tam absolute quam in ordine ad reliqua que sūt fidei: et tunc multitudo expositionum literaliū ad exercitationem nostram cōfert / dignitatiqꝫ autoris attestatur: vt aug. ibidem vult. Secundo vt compatiens illas in se / nō tamen collata cū alijs literis sacre scripture. Et tunc ex tali collatione excludi possunt omnes ille interpretationes repugnantes: non repugnantes vero admitti: sicut .n. in responsione ad primū in lr̄a dicit nihil necessariū ad salutem ꝯtinet in sacra scriptura qđ nō p literalem sensū alicubi manifeste tradatur: ꝯñis in aliqua litera obscure habeat propter multitudinē expositionū. Et si deficeret collatio lr̄e obscure ad manifestādū nunquā tñ deest collatio ad sancte ecclesie autoritatem: a q̄ non solū certificari possumus de lr̄ali sēsu scripture: sꝫ certi facti sum⁹ de scriptura ipa. Euāgelio īquit augu. (in eplā ꝯ fundamētū) nō crederē nisi me autoritas ecclie admoneret.

re. Est autem naturale homini vt per sensibilia ad intelligibilia veniat: quia omnis nostra cognitio a sensu initium habet. Unde conuenienter in sacra scriptura traduntur nobis spiritualia sub metaphoris corporalium: et hoc est quod dicit Dionisius primo capitulo celestis hierarchie. Impossibile est nobis aliter lucere diuinum radiū nisi varietate sacrorum velaminum circūuelatum. Conuenit etiam sacre scripture: que communiter omnibus proponitur (secundum illud ad romanos primo, sapientibus et insipientibus debitor sum) vt spiritualia sub similitudinibus corporalium proponantur: vt saltem vel sic rudes eam capiant: qui ad intelligibilia secundum se capiēda non sunt idonei.

Ad primum Ergo dicēdum qꝫ poeta vtitur metaphoris propter representationem: representatio enim naturaliter homini delectabilis est. Sed sacra doctrina vtitur metaphoris propter necessitatem et vtilitatem: vt dictū est. ¶ Ad secundum dicendum: quod radius diuine reuelationis non destruitur propter figuras sensibiles quibus circumuelatur vt dicit Dionisius. Sed remanet in sua veritate: vt mentes quibus fit reuelatio: non permittat in similitudinibus permanere: sed eleuet eas ad cognitionem intelligibilium: et per eos quibus reuelatio facta est alij etiam circa hec instruantur. Unde ea que in vno loco scripture traduntur sub metaphoris: in alijs locis expressius exponuntur. Et ipsa etiam occultatio figurarum vtilis est ad exercitium studiosorum: et cōtra irrisiones infidelium: de quibus dicitur Matth. 7. nolite sanctum dare canibus. ¶ Ad tertium dicendum: quod sicut docet Dionisius capitulo secundo celestis hierarchie: magis est conueniens qꝫ diuina in scripturis tradantur sub figuris vilium corporum quam corporum nobiliū. Et hoc propter tria. Primo: quia per hoc magis liberatur humanus animus ab errore. Manifestum enim apparet quod hec secundum proprietatem non dicuntur de diuinis: quod posset esse dubium, si sub figuris nobilium corporum describerentur diuina maxime apud illos qui nihil aliud a corporibus nobilius excogitare nouerunt. Secundo: qr hic modus conuenientior est cognitioni quam de deo habemus in hac vita. Magis enim manifestatur nobis de ipso quid non est quam quid est. Et ideo similitudines illarum rerum que magis elongantur a deo veriorem nobis faciunt estimationem quod sit supra illud qđ de deo dicimus vel cogitamus. Tertio: qr per huiusmodi diuina magis occultantur indignis.

¶ Utrum sacra scriptura sub vna litera habeat plures sensus. Arti. 10.

A D decimū Sic proceditur. Uidetur, quod sacra Scriptura sub vna litera non habeat plures sensus: qui sunt historicus vel literalis allegoricus tropologicus siue moralis: et anagogicus: multiplicitas enim sensuum in vna scriptura parit confusionem et deceptionem: et tollit arguendi firmitatem: vnde ex multiplicibus propositionibus non procedit argumentatio: sed secundum hoc alique fallacie assignantur. Sacra autem scriptura debet esse efficax ad ostendendam veritatem absqꝫ omni fallacia. Ergo non debent in ea sub vna litera plures sensus tradi. ¶ Preterea Augu. dicit in libro de vtilitate credendi quod scriptura que testamentum vetus vocatur quadrifariam traditur scilicet secūdum historiam: secundū etymologiam: secundum analogiā: secūdū allegoriā. Que quidem quatuor a quatuor predictis vidētur esse aliena oino. Non igitur conueniēs videtur quod eadem litera sacre scripture secundum quatuor sensus predictos exponatur. ¶ P̄. Preter predictos sensus inuenitur sensus parabolicus. Qui inter illos sensus quatuor non continetur.

Sed cōtra Est quod dicit greg. 15. moral. Sacra scriptura omnes scientias ipso locutionis sue more transcendit: qr vno eodemqꝫ sermone dum narrat gestum prodit mysterium.

Rn̄deo Dicēdū: qꝫ autor sacre scripture est deus: in cuius potestate est: vt non solum voces ad significandum accommodet (quod etiam homo facere potest) sed etiam res ipsas. Et ideo cum in omnibus scientijs voces significent: hoc habet proprium ista scientia: qđ ipse res significate per voces: etiam significant aliquid. Illa ergo prima significatio qua voces significant res pertinet ad primum sensum: qui est sensus historicus vel literalis. Illa vero significatio qua res significate per voces: iterum res alias significant: dicitur sensus spiritualis: qui super literalem fundatur: et eum supponit. ¶ Hic autem sensus spiritualis trifariam diuiditur. Sicut enim dicit apostolus ad Hebreos septimo lex vetus figura est noue legis et ipsa noua lex vt dicit Dionisius in eccl. hierar. est figura future glorie. In noua etiam lege ea que in capite sunt gesta: sunt signa eorum que nos agere debemus. Secundum ergo quod ea que sunt veteris legis significant ea que sunt noue legis: est sensus allegoricus. Secūdum vero qꝫ ea que in christo sunt facta: vel in his que christum significant sunt signa eorum que nos agere debemus est sensus moralis: prout vero significant ea que sunt in eterna gloria est sensus anagogicus. Quia vero sen-

¶ Questio 2. Articulus 1.

I N titulo huius primi articuli ly per se non per aliū mediū m terminum: ly notum notitia euidenti: propositio enim per se nota dicitur que ex solis proprijs terminis est nota euidentia certa et infallibili: vt patet primo posteriorum: est ergo sensus tituli: vtrum hec propositio deus est sit per se nota.

¶ In corpore duo fiūt primo distinguitur propositio per se nota. Secundo respondetur q̄sito. Quo ad primum distinctio est propositionis per se note: alia secundum se tātū: alia scđm se et quo ad nos et hec aut quo ad nos omnes: aut quo ad sapientes tantū: et sic fiunt tria membra in litera. Declaratur distinctio cū suis mēbris ex vna radice propositionis per se note in communi. Propositio p se nota est: cuius predicatum clauditur in ratione subiecti / ergo propositio per se nota secundum se et quo ad nos est et cuius predicatum est in ratione subiecti: et nobis est nota ratio subiecti et predicati: vt quodlibet est aut non est etc. secundum se autem tantum cuius predicatum est in ratione subiecti / sed rationes terminorum nos latēt: ergo secundū se et quo ad sapiētes: cuius predicatū est in ratione subiecti: et rationes terminorum clarent apud sapientes: vt incorporalia non esse in loco. Et confirmatur hoc membrum autoritate Boetij.

¶ Circa hanc partē aduerte: qꝫ propositio per se nota: ideo dicitur per se idest non per alium medium terminū nota: quia excludit ly p se quēcūqꝫ alium medium terminum: et cōsequēter quācūqꝫ premissam ad notificādum eam: et cum propositio aliqua possit notificari a priori et a posteriori. Oportet qꝫ ly per se distinguatur: an excludat mediū terminum a priori tātum an a priori et posteriori simul. Si enim omnis ppositio p se nota est habens predicatum in ratione subiecti: oportet vt semper ly p se excludat mediū a priori. Sed quoniam cōtingit qꝫ inter ea inter q̄ nullum est secūdum se mediū: vt sunt cognita nobis sit mediū: ideo nō semper excludit mediū a posteriori: et ppterea in lr̄a distincta est ppositio per se nota ex differentia inter terminos notos et ignotos: id est ex differētia inter extrema propositionum: vt sunt nobis nota. Ille enim quarū extrema nō secundum se tantum: sed vt nota nobis sunt immediata sunt omnino p se note. Ille vero quarū extrema: licet secundum se: non tamen vt nota nobis: sunt immediata: sunt secundum se tantum per se note non nobis: et similiter quarum extrema vt nota sapiētibus sunt immediata sunt eis pe se note.

¶ Circa hanc partem sunt multa dubia et argumenta Sco. et Aure. et Grego. sed quoniam hec ad librum posteri. spectāt vbi in cap. 3. diffuse hanc materiam tractaui: idcirco absqꝫ eorum repetitione vidende sunt ibi solutiones argumentorum cum toto processu: id tantum hic notato qđ in litera non diffinitur propositio per se nota dicendo qꝫ est: cuius predicatum ponitur in ratione subiecti: sed ponitur causalis: scilicet qđ ex hoc quod predicatū ponitur in ratione subiecti fit ppositio per se nota: que est conuertens respectu illius: et hoc ideo dico: quia bn̄ verū est apud sanctum Tho. qꝫ omnis propositio cuius predicatum cadit in ratione subiecti est per se nota: sed non econuerso: quoniam cum vnum generalissimum negatur de alio: et cum prima passio predicatur de primo subiecto fiunt propositiones immediate secundum se: et consequenter secundum se per se note: si tamen alicubi sic diffinita reperit glosetur ly eē in ratione subiecti formaliter vl' virtualiter proxime: non tamen extendat̄ talis locutio: qr min⁹ propria est.

¶ Quo ad secundū conclusio responsiua est: hec propositio: deus est: est per se nota secundum se non nobis. probatur prima pars: qr predicatum est idem subiecto. secunda autem qr nos nescim⁹ quid subiecti: et ex hoc sequitur corollariū: ergo ista eget manifestari per medium quo ad nos i. a posteriori effectu. Patet sequela: quia nobis nō est euidēs: et a priori caret medio.

¶ In responsione ad secundū aduerte: qꝫ contra secundam responsionem ibi datā satis moleste quidaꝫ instant: quasi roborādo argumentum sic: excedens omne cogitabile non est per tuā responsionem: ergo non est excellens oē cogitabile quod est oppositum quid nominis ipsius dei. probatur consequentia: quia non excedit cogitabile existens: et si ipsum esset cogitaretur maius q̄ꝫ cogitatū non esset. Sed hec obiectio non est alia ab obiectiōe facta in litera: et ideo eadem respōsione soluitur distinguēdo consequens: qꝫ excedere omne cogitabile contingit dupliciter. Uno modo quod excellit in rerum natura. Alio modo secundum esse cogitatum: et intendo non quod esse in rerum natura: aut obiectiue sit ratio excessus: sꝫ vtimur eis in proposito vt conditione rerum cogitatarum. Uerbi gratia. conditiões perfecti oratoris cogitate possunt excedere omnem oratorem dupliciter,

sus literalis est quem autor intendit: autor autem sacre scripture deus est qui oīa simul suo intellectu comprehēdit: non est inconueniens vt dicit Aug. 12. confes. si etiā s̄m literalem sensum in vna litera scripture plures sint sensus.

Ad primum Ergo dicendū qđ multiplicitas horum sensuum non facit equiuocationem: aut aliam speciem multiplicitatis: quia sicut iam dictum est: sensus isti non multiplicāntur propter hoc quod vna vox multa significet. Sed quia ipse res significate per voces aliarum rerum possunt esse signa. ¶ Et ita etiam nulla confusio sequitur in sacra scriptura: cum omnes sensus fundentur super vnum scilicet literalem: ex quo solo potest trahi argumentum: non autem ex his que secundum allegoriam dicuntur: vt dicit Aug. in epistola contra Uincentium donatistam. ¶ Non tamen ex hoc aliquid deperit sacre scripture, quia nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium quod scriptura per literalem sensum alicubi manifeste non tradat. ¶ Ad secundum dicendum quod illa tria: historia, etymologia, analogia, ad vnum literalem sensum pertinent: nam historia est vt ipse Aug. exponit cum simpliciter aliquid proponitur: etymologia vero cum causa dicti assignatur: sicut cum domin⁹ assignauit causaꝫ quare moyses permisit licentiam repudiandi vxores scilicet propter duritiam cordis ipsorum. Mat. 18. Analogia vero est: cum veritas vnius scripture ostenditur veritati alterius nō repugnare. Sola aūtē allegoria inter illa 4. pro tribus spiritualibus sensibus ponit̄ sicut et hug. de san. Uic. sub sensu allegorico etiam analogicū comprehendit ponens in 3. suarum sententiaruꝫ solum tres sensus. s. historicū allegoricū: et tropologicū. ¶ Ad tertium dicendum: qꝫ sensus parabolicus sub literali continetur: nam per voces significatur aliquid proprie et aliquid figuratiue: nec est literalis sensus ipsa figura: sed id qđ est figuratum. Non enim cum scriptura nominat dei brachium est literalis sensus qꝫ in deo sit membrum huiusmodi corporale: sed id quod per hoc mēbrum significatur: scilicet virtus operatiua: in quo patet qđ sensui literali sacre scripture nunqꝫ potest subesse falsum.

¶ De deo: an deus sit. Questio. ij.

Q Uia igitur Principalis intentio huius sacre doctrine est dei cognitionem tradere et nō solum secūdum qꝫ in se est: sed etiam secūdum qꝫ est principium rerū et finis earū: et specialiter rationalis creature: vt ex dictis est manifestum ad huius doctrine expositionem intēdentes. ¶ Primo tractabimus de deo. ¶ Secundo de motu rationalis creature in deum. ¶ Tertio de christo qui s̄m qꝫ homo via est nobis tendēdi in deum. ¶ Consideratio autem de deo tripertita erit. ¶ Primo nāqꝫ considerabimus ea que ad essentiam diuinam pertinēt. ¶ Secundo ea q̄ pertinent ad distinctionē personarum. ¶ Tertio ea que pertinēt ad processum creaturarum ab ipso. ¶ Circa essentiam vero diuinam. ¶ Primo considerandum est an deus sit. ¶ Secūdo quomodo sit: vel potius quō nō sit. ¶ Tertio considerandum erit de his que ad operationē ipsius pertinent. s. de scientia et de volūtate et potentia. ¶ Circa primum querūtur tria. ¶ Primo, vtrum deum esse sit per se notū. ¶ Secūdo, vtrū sit demonstrabile. ¶ Tertio an deus sit.

¶ Utrum deū esse sit per se notum.
Articulus primus.

II 1. dist. 3. q. 1. ā. 2. Et. 1. ꝯ ca. 10. et 11. Et sū. q. 10. ā. 12. Et po. q. 7. ā. 2. 11m.

A D primum Sic pcedit. Uidetur qꝫ deum esse sit per se notum. Illa enim nobis dicuntur per se nota: quorum cognitio nobis naturaliter inest: sicut pꝫ de primis principijs. Sed sicut dicit Damas. in prin. libri sui: omnibus cognitio existendi deum naturaliter est inserta: ergo deuꝫ esse est per se notum. ¶ P̄. Illa dicūtur esse per se nota q̄ statim cognitis terminis cognoscuntur, qđ philosophus attribuit primis demonstrationis principijs. in. 1. poste. Scito enim quid est totū et quid pars, statim scitur qꝫ omne totū maius est sua parte: sed intellecto quid significet hoc nomen deus: statim habetur qꝫ deus est. Signatur enim hoc nomine id quo maius signari non potest: maius aūt est qđ est in re et in itellectu: q̄ꝫ qđ est in intellectu tm̄: vnde cum intellecto hoc noīe deus statim sit in intellectu: sequitur etiam qꝫ sit in re: g̊ deum esse est per se notum. ¶ P̄. Ueritatem esse est p se notum: qr qui negat veritatem esse concedit veritatem esse: si enim veritas non est, verū est veritatē non esse. si aūt est aliquid verū: oportet qꝫ veritas sit. Deus aūt est ipsa veritas. Joā. 14. Ego sum via veritas et vita: ergo deum esse est per se notum.

Sed cōtra. Nullus pōt cogitare oppositum ei⁹ quod est per se notum: vt patet per philosophum in. 4. met. et in primo poste. circa prima demonstrationis principia: cogitari autem potest oppositum eius quod est deum esse secundum illud psal. Dixit insipiens in corde suo non est deus. ergo deum esse non est per se notum.

Rn̄deo Dicēdū: qꝫ ꝯtingit aliqd eē p se notuꝫ dupl'r. vno modo

Universidad de Deusto Biblioteca

Uno modo q ille excessus sit in rerum natura. Alio mō q sit in esse obiectiuo. Primo modo oporteret ponere oratorem perfectum existere. Scdo modo non: sed sufficit ipm habere esse obiectiuum: rōnem aūt excedendi attendi dicimus penes nobilitatem conditionum cogitatarū in se. In pposito ergo dāq ex illo antecedente: excedens oē cogitabile non est: optime sequitur: ergo non est excedens in rerum natura omne cogitabile: imo nō est sic excedēs formicam: aut quodcunq minimum existens: sed solum valet ergo non est excedēs in se secūdum esse obiectiuum omne cogitabile: imo sic excedit omne cogitabile. Et cum dicitur maius cogitabile eēt si esset in rerum natura: negatur hoc. Ista enim replica procedit aut ex ignorantia proprie vocis dum credunt isti quod respōsio data acceptans qd nominis assignatū dei intendat quod cū significatur hoc. s. maius omni cogitabili significet aliquid plenum omni perfectione abstrahēdo ab existentia: et ideo instant significetur plenū oī perfectiōe inclusa existentia in rerū natura et sic significabit maius: aut ex ignorātia inter actum signatum et exercitum. Conuenimus nanq in qd nominis et non dissentimus. Nihil excipimus in ratione excedendi: seu in actu signato: quamuis ab existere i actu exercito abstrahere op9 sit. Unde concedit qd significat et cogitat maius omni cogitabili cum omni perfectiōe etiā existētie in rerū natura: in actu tñ signato: sed a significari et cogitari/ad eē nō vz argm. Et ideo in lrā dr q h rō nihil cōcludit: qr ab aduersarijs non concedit maius oi cogitabili esse in natura rerū: lz concedatur q maius oi cogitabili significatur et cogitatur esse in rerū natura: non ergo significatur maius significatum vt exñs: sed etsi existeret nō esset maius: sed eēt quod nō est nisi in cogitatione. Exēplū simile in spāli habetur: si fingamus latere nos nobilissimum animalium esse: et vellemus probare illud esse ex terminis. s. nobilissimum animalium est: qr si non est: ergo non est nobilissimum animalium: hic enim manifestius liquet q rō excessus est nobilitas rei signate in se: cōdōnes vero excedētis sunt esse obiectiuum et esse in rerū nā: et qualr argumentum non valeat: vt pz exercenti. Logice aūt his molestijs vnico verbo silentiū impones: dicens q maius omni cogitabili importare existentiam in rerum natura contingit duplr. s. in actu exercito vel signato: et q secundo modo conceditur in proposito: primo modo non: et quod si primo modo acceptaretur sine dubio illa esset per se nota: maius omni cogitabili est: sicut ista quod est: est: ratio aūt quare non clauditur existere in actu exercito: sed vt conceptum tantum est: quia nominibus res significantur vt concepte: verbis āt vt exercite. Unde ista enunciatio: existentia nō est: nō implicat cōtradictoria: ista autē quod existit non est implicat contradictoria.

¶ In rñsione ad tertium aduertendum q dum lrā rñdendo ɔcedit vitatem esse: in cōi esse per se notum: ɔñam factam arguendo acceptare vr: illam. s. nulla veritas est: ergo verum est nullam veritatem esse. Scotus tñ in pmo di. pmo. q. 2. in rñsione ad tertium reprehendit hanc ɔñam dicēs eam peccare fallacia ɔsequentis a pluribus causis veritatis ad vnā illarū. Tum qr lz valeat nulla veritas est: ergo non est verū aliquā veritatē esse: nō tñ valet: ergo est verū nullam veritatē esse: illa. n. est negatiua/ista affirmatiua. Tū qr veritas aut sumitur fundamētalr: aut formalr: si nulla veritas est: neutro modo verū est illam esse: non fundamentalr: qr nulla res fundans remanet: nō formalr: qr nullus intellectus restare poneretur: ergo affirmatiua non sequitur: sed negatiua: vt dictum est.

secundum se et non quo ad nos. Alio mō secundum se et quoad nos. Ex hoc enim aliqua propositio est per se nota q predicatū includitur in ratione subiecti vt homo est animal: nam animal est de ratione hominis. Si igitur notū sit oib9 de predicato et de subiecto quid sit: propositio illa erit oibus per se nota: sicut pz in primis demrationum principijs: quorum termini sunt quedam communia que nullus ignorat: vt ens et nō ens: totū et pars: et similia. Si autē apud aliquos notum non sit de predicato et subiecto quid sit propositio quidem quantum in se est erit per se nota: non tamen apud illos qui predicatum et subiectum propositionis ignorant. Et ideo contingit vt dicit Boet. in lib. de hebdo. q quedam sunt cōes animi ɔceptiones: et per se note apud sapientes tantum: vt incorporalia in loco non esse. Dico ergo qd hec propō, deus est, quantum in se est per se nota est: qr predicatum est idē subiecto: De9 enim est suum esse vt infra patebit. Sed qr nos non scimus de deo quid est: non est nobis per se nota: sed indiget demonstrari per ea que sunt magis nota quo ad nos: et min9 nota quo ad naturam scilicet per effectus.

Ad primum Ergo dicdū q cognoscere deū eē in aliquo cōi sub quadā confusione est nobis naturaliter insertum: inquantū. s. de9 est hominis beatitudo. homo enim naturaliter desiderat beatitudinem: et qd nāliter desideratur ab homine naturaliter cognoscitur ab eodem. Sed hoc non est simpliciter cognoscere deum esse: sicut cognoscere veniētem non est cognoscere petrū: qūuis sit petrus veniens: multi. n. pfectum hoīs bonū qd est btītudo estimāt diuitias: qdā vero voluptates: qdā aūt aliquid aliud. ¶ Ad scdm dōm q forte ille qui audit hoc nomen deus non intelligit significari aliquid quo maius cogitari non possit: cū quidā crediderint deū esse corpus. Dato etiam q quilibet intelligat hoc noīe deus significari h qd dr. s. illud quo maius cogitari non potest: non tamen propter hoc sequitur quod intelligat id qd significatur per nomen esse in rerum natura: sed in apprehensione intellectus tantū. Nec potest argui quod sit in re nisi daretur quod sit in re aliquid quo maius cogitari non potest: quod non est datum a ponentibus deum non esse. ¶ Ad tertium dicendū quod veritatem esse in communi est per se notum: sed primam veritatem esse hoc non est per se notum quo ad nos.

¶ Utrum deum esse sit demōstrabile. Articulus 2.

Ad secundum Sic proceditur. Uidetur quod deum esse nō sit demonstrabile. Deū enim esse est articulus fidei: sz ea que sunt fidei non sunt demonstrabilia: quia demonstratio facit scire: fides autem de non apparentibus est: vt patet per apostolum ad Hebreos vndecimo: ergo deum esse non est demōstrabile. ¶ Preterea. Medium demonstrationis est quod quid est: sz de deo non possumus scire quid est: sed solum quid non est: vt dicit Dama. ergo non possumus demonstrare deum esse. ¶ Preterea. Si demonstraretur deum esse hoc nō esset nisi ex effectibus eius: sed effectus ei9 non sunt proportionati ei: cum ipse sit infinitus et effectus finiti autem ad infinitum non est proportio: cum ergo causa non possit demonstrari per effectum sibi non proportionatum: videtur quod deum esse non possit demonstrari.

Sed contra Est qd apostolus dicit ad Romanos primo: Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Sed hoc nō esset nisi per ea que facta sunt posset demonstrari deum esse: primum enim quod oportet intelligi de aliquo est an sit.

Rñdeo Dicēdū: q duplex est demōstratio. vna que est p causaz: et dicitur pper quid: et hec est p priora simpliciter alia est per effectū: et dicitur demonstratio quia: et hec est per ea que sunt priora quo ad nos: cum enim effectus aliquis nobis est manifestior qz sua causa: per effectū procedimus ad cognitionem cause. ex quolibet autem effectu potest demonstrari propriam causam eius esse: si tamen eius effectus sint magis noti quo ad nos: quia cum effectus depēdeant a causa: posito effectu necesse est causam preexistere. Unde deum esse sm q nō est per se notū quo ad nos demonstrabile est per effectus nobis notos.

Ad primū Ergo dōm q deū esse et alia huiusmodi q per rationem naturalē nota possunt esse de deo vt dicitur Ro. 1. nō sunt articuli fidei: sz preambula ad articulos. Sic enim fides presupponit cognitionem naturalem sicut gratia naturā: et vt perfectio perfectibile nihil tamen phibet illud qd sm se demōstrabile est et scibile ab aliquo accipi vt credibile q demonstrationem nō capit. ¶ Ad scdm dicendum, q cū demonstratur causa per effectum necesse est vti effectu loco diffinitionis cause ad probādum causam esse: et hoc maxime cōtingit in deo: quia ad pbādum aliquid esse, necesse est accipere pro medio quid significet nomen: non aūt qd quid est: quia questio quid est, sequit ad qōnem an est. Nomina aūt dei imponuntur ab effectibus vt postea ostēdetur: vnde demonstrādo deum esse per effectum accipere possumus pro medio quid significet hoc nomen deus. ¶ Ad tertiū dōm, q per effectus nō pportionatos cause nō pōt perfecta cognitio de causa haberi: sed tamen ex quocūq effectu potest manifeste nobis demonstrari causam esse: vt dictum est, et sic ex effectibus dei potest demonstrari deum esse: licet per eos non perfecte possimus eum cognoscere sm suam essentiam.

nulla veritas est: est qdā enunciatio: ergo significans verū vel falsum: ex primo peri erm. sed apud eos significat verū: ergo significat nullam veritatem esse/esse verum. Ad pmam ergo obōnē dr q nulla fallacia est: quia vtraq illarū sequitur determinate ex illa: et prius sequitur ista affirmatiua de modo: ergo verū est nullam veritatem esse: qz illa negatiua: ergo non est verū aliquam veritatem esse qm prima sequit immediate. scda āt mediante illa: qm pma ptinet ad ɔsistentiaz ipsi9 ppōnis in seipsa scda aūt ad destructionem sue ɔdictorie. s. aliqua veritas est. Et rursus: lz destructio ɔdictorie ipsaz stati sequeret: dicēdo nulla veritas est: ergo nō aliqua veritas ē. Destructio tñ ɔdictorie cū modo: de vero non sequit nisi in virtute regule dicte. s. q ppō vera de in esse equalet modali de vero: nō enim sequit: nulla veritas est: ergo non est verū aliquā veritatem esse: qr equiualet negationi illius ɔtradictorie. s. nō aliqua veritas est: et sic Sco. negando ɔñam ɔcessit illam nesciens: dum ɔcessit aliam: sup rationē illius fundatam. Ad scdam vero obiectionem dr: q veritas sumitur ad minus fundamētaliter: et cū dr q nullum fundamentum remanere negatur. Dico enim q ad remansionem veritatum negatiuarum fundamentaliter/non requiritur remansio rerum vnde veritas istius: nihil est nihil omni oino rex intellectu secluso remanet fundamentaliter: quia si intellectus esset/posset eis suā cōpositionē adequare obalr cōponendo hanc: nihil: et hic remansio sufficit: vnde nec ēt modo ista propositio: nihil est nihil habet fundamenti ex parte rei significate nisi modo dicto. Qd enim dicitur quod veritas fundamentaliter est entitas: verum est de veritate positiua: non autem negatiua: fundamentum enim negatiue veritatis est non esse: et non est esse: vt patet.

¶ Hunc articulum diffuse habes in. q. de ve. q. 10. arti. 12.

a
2
68
d
55
66
o
r
1. dist. 8. q. 1. ar. 1. Et. 1. 2 ca. 13. Et opus. 3. c. 3. Et vi. q. 1. art. 4. 7m. Et po. q. 7. art. 2. 7m.
Pmo ce. ɔo. 22.

Titulus clarus. In corpore duo. Primo distinguit demonstrationem in qa et propter quid etc. Secundo respondet questio affirmatiue vnica conclusione: deum esse est demonstrabile a posteriori seu per effectum/probatur: effectus dependent a ppria causa: ergo posito effectu necesse est cām preexistere: ergo ex quolibet effectu dummodo sit nobis notior potest demonstrari ppria causam eius esse: ergo deum esse est demonstrabile per effectus notiores nobis: omnia clara sunt: supponendo quod deus habet aliquos nobis notiores effectus: quod inferius patebit.

¶ In responsione ad primū: aduerte q nota de deo naturali lumine: dupliciter sumuntur. Uno modo secundum se. Alio modo vt nobis nota: et similiter articuli fidei sumuntur secundum se: et vt crediti: si sumantur vtraq sm se: sic non est verum q illa sint preambula ad propositiones q sunt articuli fidei: sed quedam precedunt vt deum esse: deum esse vnum bonum: et similia absoluta: quedam sequuntur: vt deum esse primā cām rerū: et cetera hmōi: nec pp hoc sequit q sint ppōnes in theologia priores pmis principijs: qūuis sequatur q sunt aliqua priores illis pncipijs q sunt articuli fidei: qm pcedentes sm se: sunt inter pncipia: iā. n. dictū est in scdo articulo/q articuli fidei sm se sunt p se pncipia theologie: vt crediti autem per accidens: si vero sumantur vtraq vt nota nobis: sicut oia huiusmodi naturaliter nota sunt preambula: propter rationem in litera positam: et hoc tantum litera intendit: quare esto cautus.

¶ In respōsione ad secūdum: aduerte q hec doctrina de probatione questionis an est/vera est quo ad nos: sm talem nanq ordinem questio quid est sequitur an est: sm se autem ecōuerso: vt in secūdo posteriorū docetur.

¶ Super arti. 3.

In titulo dubiū statim occurrit ex primo posteriorum: nulla sciencia pbat subiectum suū: et vt dicit Auer. i scdo phy. cōmen. 26. nec a priori nec a posteriori: sed supponit illud esse aut per se notū ad sensum vel intellectum: vel accipit aliunde: sed i hac sciētia subiectum est deus: vt in pria questione dictū est: ergo non debet hic probari deum esse: cōtra artem: ergo hic articulus mouetur. Ad hoc dicitur q nulla sciencia: per se loquendo probat subiectū suū esse: per accidens autem non inconuenit scientiam aliquā probare suum subiectuz esse: sic autem est in proposito: quoniam occurrit hic duplex accidens: propter qd sciētia hic pbat deū esse primum est imperfecta illius participatio i nobis: si em lumen diuinū plene participarem9 cōstāter statim deum esse. secūdum est conditio medij. s. q est quasi extraneum: licet em nulla scientia ex simpliciter pprijs pbet subiectum suum: ex extraneis tamen appropriatis pbare potest: si notiora nobis sunt extranea illa qz eē illi9 subiecti: sicāt contingit in proposito: quoniam theologia nō ex pprijs simpliciter: sed ex pprijs ministerialiter. s. notis naturali lumine: que absolute sunt extranea vt diximus: probat deum esse: vt patet in decursu questionis.

¶ Utrum deus sit. Articulus. 3.

Ad tertiū Sic proceditur. Uf q deus non sit. Quia si vnū contrariorum fuerit infinitum totaliter destruetur aliud. Sed hoc intelligitur i hoc nomine deus scilicet q sit quoddam bonum infinitum. Si ergo deus esset, nullū malum inueniretur. Inuenitur autem malū in mundo. ergo deus nō est. ¶ P. Quod potest cōpleri per pauciora pncipia non fit p plura. Sed videtur q oīa que apparent in mūdo possunt cōpleri per alia principia supposito q de9 non sit: qr ea que sunt naturalia reducuntur in pncipium qd est natura. Ea vero que sunt a pposito reducuntur in pncipiū quod est ratio humana vel voluntas. Nulla igitur necessitas est ponere deum esse.

Sed cōtra Est qd dicitur exo. iij. ex persona dei, Ego sum qui sum.

Rñdeo Dicendum q deū esse quinq vijs probari potest.

¶ Prima autē et manifestior via est que sumitur ex parte motus. Certum est enim et sensu cōstat aliqua moueri in hoc mundo: omne autem quod mouetur ab alio mouetur. Nihil enim mouetur nisi secundum qd est in potentia ad illud ad quod mouetur. Mouet autem aliquid secundum quod est actu. Mouere enim nihil aliud est qz educere aliquid de potentia in actum. De potentia autem non potest aliquid reduci in actū nisi per aliquod ens actu. sicut calidum in actu: vt ignis facit lignū quod est calm in potentia esse actu calm. et per hoc mouet: et alterat ipsum. Non autem est possibile vt idem sit simul in actu et potentia secundū idem: sed solum secundum diuersa: quod enim est calidum in actu non potest simul esse calidum in potentia: sed est simul frigidum in potentia. Impossibile est ergo qd secundum idem et eodem modo aliquid sit mouens et motum vel q moueat seipsum: omne ergo quod mouetur opz ab alio moueri. Si ergo id a quo mouet moueat opz et ipm ab alio moueri: et illd ab alio: hic āt nō est pcedere in infinitū: qr sic nō eēt aliqd pmū mouens: et p ɔñs nec aliquod aliud mouēs qr mouētia scda nō mouet nisi p hoc q sunt mota a primo mouente: sicut baculus non mouet nisi p h q est motus a manu: ergo necesse est deuenire ad aliquod primuz mouens quod a nullo mouetur: et hoc omnes intelligūt deū. ¶ Secūda via est ex 553

¶ In corpe est vna ɔclusio rñsiua quesito affirmatiue. s. de9 est: et pponit quinq vijs probanda: quas nō est opus formare: cum et h et in primo cōtra Genti. et in. q. de potentia. et in. q. de ve. et in pmo sen. habeantur.

¶ Circa has rōnes in cōi aduertendū est diligenter q possunt afferri ad duo. Primo ad concludēdum illudens incorporeum/immateriale/eternum/summum/immutabile/primū/pfectissimum etc. qd et quale deum tenemus esse: et sic iste rōnes habent plurimum disputationis: eo q prima via vt in primo contra Genti. cap. 22. dicitur non ducit ad motorem magis immobilem qz sit aia intellectiua. scda aūt/vt dicit Auer. nō ducit nisi ad corpus celeste: et eius motorē. Reliquarū quoq nulla magis sursum ducere videtur: et ad hoc intentum non afferuntur hoc in loco he ratiōes vt nūc nunc patebit. Alio mō afferri possunt ad concludēdum quedam pdicata inueniri in rerū natura: que sm veritatem sunt ppria dei: nō curado qūo vel qualr sint etc. Et ad hoc intētū hic afferunt: et sunt nihil fere difficultatis hūtes sm phiam. Et vt meli9 intelligat qd dicim9 sigillatim explanādo dr: q pme vie ex pte mot9 sat est q inferat: ergo dat pm mouēs immobile: nō curando: vtrū illud sit aia celi aut mūdi. hoc. n. quereretur in sequenti questione. Secūde quoq vie ex parte efficientis sat est q ducat ad pmum efficiens: non curando an illud sit corpus vel incorporeū: hoc enim quereretur in sequenti qstione. Tertie vo vie ex parte necessarij sat ē q ducat ad pm necessariū nō ex alio: nō curādo an sit vnū vel plura: hoc enim querer in. q. xj. Quarte quoq vie ex gradibus rerum sat est ducere ad maxime ens verum bonum nobile a quo sunt omnium participationes. Et similiter quinte vie ex gubernatione: sat est ducere ad primū gubernantem per intellectū quicunq sit ille: omnia enim hec predicata. s. mouens immobile/primū efficiens/necessariū nō ex alio/maxime ens/et pm gubernans intelligendo: sunt sm veritatē ppria deo: et ideo concludēdo hec inueniri in rerum natura/cōcludit directe quasi per accidens q deus est. i. de9 non vt de9: sed vt habens talem conditionem est: et consequenter ipsum substractū. s. de9 vt deus est. Ex his autē patet q nec rationes Auerrois cōtra Auicennam: nec Aureoli contra has rationes sunt contra intentum huius articuli nisi obiectio contra vltimam/et cōtra propositiones assumptas. Unde sciendum est scdo: q in prima ratione que sumpta est ex. 7. et 8. phy. sunt due propositiōes impugnate. Altera est: nihil mouet seipsum primo. Contra hanc enim Scotus in materia de grauib9 et leuibus et voluntate etc. arguit: et quoniā hoc esset exire nostros limites erit de h questio specialis. Altera est primū ē causa medij: hcenim assumitur tam in prima qz scda et tertia ratione ad pbandum q non proceditur in infinitum. Et cōtra eam: lz sit expresse Aristo. in scdo meta. et 8. phy. arguit sic in substantia. Media causa seu motor/si necessario depēdet a pma causa seu motore: aut hoc habet qr media: aut qr causa: aut qr causa media: sed nihil horū est: ergo non opz mediam cām dependere a pma. Assumptum patet ex sufficienti distinctione: destructio vo singulorum pbatur: et primo q non ex rōne medij: quoniā mediuz dicitur respectu duorū: hinc. s. ide quorum est mediuz: et nō necessario respectu primi et vltimi: vt patet in medijs partibus proportionalibus circuli. secundo q non ex ratione cause: qr causa vt causa respicit effectum et nō dependentiam ad prius aut primum vt patet. tertio q non ex ratione composita. s. cause medie/quoniam causa media vt sic nihil aliud exigit qz vt in causando mediet: sed h. s. in causando mediare sufficienter saluatur si inter aliquam priorem causam et effectum aliqua media causalitas sit: ergo media causa ex ratione qua media causa/non exigit dependentiaz a prima cā: sz a priore. Et confirmatur: qr scdm te ista conditionalis est vera: si procederent in infinitū cause/omnes cause essent cause medie: ergo ad rationem cause medie non requiritur dependentia a prima/sz a priore: respectu cuius et posterioris dicatur media.

¶ Ad hoc breuiter dicitur q causa media ex eo q cā media necessario depēdet a prima. Ad cuius euidentiam opz recolere q de ratione cāe est efficacia: nisi enim cā aliquid efficiat/cā in actu de qua est sermo dici non potest. Efficacia nanq cause in illius causalitate actuali consistit: et propterea: nisi cālitas compleat neq cā in actu neq efficacia seu efficiētia aliqua saluat: opz ergo ad hoc q cause rō saluet vt cālitas illi9 ɔpleatur: ac per hoc qcquid repugnat complemento cālitatis alicuius cāe repugnat cāe illi. Cum igitur causa media vere causa sit: opz ipsam habere ppriā causalitatem cōpletam. Tunc sic: complementū causalitatis cause medie nullatenus pōt eē sine depēdetia a pria cā: & cā media vt est cā

Universidad de Deusto Biblioteca

media dependet a prima:ergo optime dixit Aristo.vt habetur in litera: ꝙ primum est causa medij:consequẽtia nota:⁊ añs probatur:si tolleretur prima causa:sic ꝙ ante omnem causam esset alia causa:nunꝙ̃ perficeretur causalitas istarum causarum essentialiter dependentium:ergo complementum mediarum dependet a prima.conditionalis est clara:quia infinitas descensus vel ascensus repugnat complemento.Consequentia autem patet : quia constat ꝙ complementũ medie cause depẽdet ab aliq̃ antecedẽte ⁊ nõ a priore tãtum:vt patet ex cõditionali: ergo a prima.

¶Ad obiectionẽ aũt in oppoᵐ:cũ dr:causa media nihil exigit nisi ꝙ i causando medict/ꝯcedit̃:sꝫ cũ sub sumit̃:ꝙ hoc saluatur respectu põris cause: negat̃:qm̃ impoñe est mediã cãlitatem perfici nisi sustentet̃ in p̃ma:si eñ ab infinitꝫ p̃orib⁹ depẽdet nũꝙ̃ perfici poterit.Ad ꝯfirmationẽ vero negatur ꝙ illa conditionalis.s.si cause essentialiter ordinate eẽnt infinite oẽs eẽnt cãe medie:sic Aristo.aut nr̃a simplr̃:sed est ad hoiem ponẽtem infinitatem in causis huiusmodi : apud hos namꝙ sequit̃ optime ꝙ cum oẽs ponantur cause ⁊ nulla prima: igitur medie:sed ꝫm veritatẽ ex illo⁹ añte ꝓcedit̃ in infinitũ in causis:seq̃t̃ ergo nulla cã est:vt Ari.⁊ san. Tho.deducunt:qꝛ sequitur:ergo nõ est p̃ma:ergo nec media: qꝛ p̃ma est cã medie: vt probatum est.

¶Circa illã ꝓpõnem in quarta via assumptam.s.maxime tale in aliquo genere est causa omnium alioꝝ que sunt illius generis:qm̃ impugnatur ab Aureolo . Nota tres terminos . Primo ꝙ aliud est eẽ maxime tale i aliquo genere : ⁊ aliud est esse primam seu perfectissimã speciem alicui⁹ generis:vnde non assumitur hic ꝙ perfectissima species sit causa ceteraꝝ sed ꝙ maxime tale ⁊c. ¶Scd̃o ꝙ esse causam contingit in proposito dupliciter.s.effectiuam ꝓprie vel exemplarem:hoc in loco cõfuse assumitur esse causam:qm̃ ad propositũ nõ refert quali causalitate maxime ens bonum ⁊ verum sit causa esse bonitatis ⁊ veritatis ceterorum. Esse enim causam siue exemplarem omnium hoꝝ siue effectiuã ꝓprium est dei. ¶Tertio ꝙ cetera illius generis pñt accipi duplr̃.s.absolute.i.ꝫm totum id qd̃ sunt:⁊ possunt accipi ꝫ rõnem illius generis:in ꝓposito nõ sumunt̃ absolute: sed ꝫm ꝙ habent illius rationem:nõ eñ maxime calidum diximus cãm reliquoꝝ calidoꝝ ꝫm subam ⁊ totũ qd̃ sunt:sed solum inq̃tũ calida sunt: ita ꝙ sensus ꝓpõnis assumpte est:maxime hñs rõnẽ aliquã formalem est causa siue exemplaris siue effectiua reliquoꝝ habentium eandem rationem formalem vt sic. ¶Ex hoc pꝫ ꝙ instantia Aureoli de albedine respectu colorum nihil valet.Tum qꝛ albedo non est maxime color . Tum qꝛ si esset maxime color nõ oporteret ꝓpterea ipsam causare ceteras species coloris absolute:sed quãtum ad rõnem coloris tãtum. Tum quia dicere albedinem esse cãm exemplarem reliquorum colorum quatenus colores sunt nullum inconueniens est:cum perfectiora sint naturaliter exẽplaria imperfectiorum vt sic:⁊ colores omnes quãto magis accedunt ad albedinem tanto plus habent lucis:⁊ cõsequẽter perfectionis rõne coloris.

¶Circa quintã viã est instantia quoꝙ Aureoli:quã tñ prius excluserat sanctus Tho 3° cõtra genti.cap.63.s.ꝙ quidditates rerum naturalium sunt sufficientes cause effectuum qui naturaliter apparent ordinate ⁊c.in vniuerso:vide ibidem.⁊ in.q.de ve.q.5.arti.2.⁊ inuenies rationẽ insufficientie esse vnitatem ordinis/vtilitates mutuas/connexiones contrariorum ⁊c. preter eam que hic ponitur in responsione ad secundum:quia.s.

ratione cause efficientis.Inuenimus enim in istis sensibilibus esse ordinem causarum efficientiũ:nec tamen inuenitur nec est possibile ꝙ aliquid sit causa efficiẽs suiipsius: quia sic esset prius seipso:qd̃ est impossibile: nõ aũt est possibile ꝙ in causis efficiẽtibus procedatur in infinitũ:quia in oĩbus causis efficiẽtib⁹ ordinatis primũ est causa medij: ⁊ mediũ est causa vltimi:siue media sint plura siue vnũ tm̃:remota aũt causa , remouet̃ effectus.ergo si nõ fuerit primum in causis efficiẽtibus nõ erit vltimũ nec mediũ.Sed si ꝓcedatur in infinitũ in causis efficiẽtib⁹ nõ erit prima causa efficiẽs:⁊ sic nõ erit nec effectus vltimus:nec cause efficiẽtes medie:qd̃ patet esse falsum.ergo est necesse ponere aliquam causam efficientem primamᶜ. quã oẽs deum nominant. ¶Tertia via est sumpta ex possibili ⁊ necessario : que talis est.Inuenimus eñ in rebus quedã q̃ sunt possibilia esse ⁊ nõ esse:cũ quedã inueniãtur gñari ⁊ corrũpi:⁊ per ꝯñs possibilia esse et non esse. Impoñe est aũt oĩa que sunt talia semp esse:quia qd̃ poñe est nõ esse quãdoꝙ nõ est:si igitur oĩa sunt possibilia nõ esse aliquãdo nihil fuit in rebus.Sed si hoc est verum etiã nũc nihil esset:qꝛ qd̃ nõ est nõ incipit esse nisi per aliquid qd̃ est . Si igit̃ nihil fuit ens:impossibile fuit ꝙ aliquid inciperet esse:⁊ sic mõ nihil esset qd̃ pꝫ esse falsum.Nõ ergo omnia entia sunt possibilia:sed opꝫ aliquid esse necessarium in rebus. Omne aũt necessarium vel habet causam sue necessitatis aliũde:vel nõ hꝫ.nõ est aũt poñe ꝙ ꝓcedatur in infinitum in necessarijs que habẽt causam sue necessitatis:sicut nec in causis efficiẽtibus:vt probatum estᶜ.ergo necẽ.se est ponere aliquid qd̃ sit per se necessarium, nõ habẽs causam necessitatis aliunde: sed qd̃ est causa necessitatis alijs qd̃ oẽs dicunt deum. ¶Quarta via sumitur ex gradibus qui in rebus inueniuntur . Inuenitur enim in rebus aliquid magis ⁊ minus bonum ⁊ verum ⁊ nobile:⁊ sic de alijs hmõi.Sed magis ⁊ minus dicũtur de diuersis ꝫm qd̃ appropinquant diuersimode ad aliquid quod maxime est:sicut magis calidum est quod magis appropinquat maxime calido . Est igitur aliquid quod est verissimum ⁊ optimum ⁊ nobilissimum:⁊ per consequens maxime ens:nam que sunt maxime vera sunt maxime entia:vt dicitur.2.meta.Quod autem dicitur maxime tale in aliquo genere est causa omnium que sunt illius generis: sicut ignus qui est maxime calidus est causa omnium calidorum:vt in eodem libro dicitur.ergo est aliquid quod omnibus entibus est causa esse ⁊ bonitatis ⁊ cuiuslibet pfectionis:⁊ hoc dicimus deum. ¶Quinta via sumitur ex gubernatione rerum : videmus enim ꝙ aliqua que cognitione carent: scꝫ corpora naturalia operãtur ꝓpter finẽ: qd̃ apparet ex hoc qd̃ semper aut frequẽti⁹ eodem modo operant̃:vt cõsequãtur id qd̃ est optimũ.Unde patet ꝙ non a casu:sed ex intẽtione perueniunt ad finem . Ea autem que nõ habẽt cognitionẽ nõ tendunt in finẽ nisi directa ab aliquo cognoscente ⁊ intelligenteᶜ:sicut sagitta a sagittãte:ergo est aliquid intelligẽs a quo omnes res naturales ordinant̃ ad finem:ᶜ ⁊ hoc dicimus deum.

¶Ad tertium dicendum: ꝙ cognitio dei per essentiam: cum sit per gratiā non competit nisi bonis, sed cognitito que est per rationem naturalem potest competere bonis et malis. Unde dicit augu. in lib. retractationum. Non approbo ꝙ in oratione dixi: deus qui non nisi mundos verum scire voluisti: responderi eniz potest multos etiā non mundos multa scire vera: scilicet per rationem naturalem.

¶Utrum per gratiam habeatur altior cognitio dei q̄ ea que habetur per rationem naturalem. Arti. 13.

A D decimumtertium sic proceditur. Uidetur ꝙ per gratiam non habeatur altior cognitio dei q̄ ea que habetur per naturalem rationem. Dicit enim dio. j. lib. de mystica theologia: ꝙ ille qui melius vnitur deo in hac vita: vnitur ei sicut omnino ignoto. Quod etiam de Moyse dicit. Qui tamen excellentiam quandam obtinuit in gratie cognitione. Sed coniungi deo, ignorando de eo quid est: hoc contingit etiam per rationem naturalem. Ergo per gratiam non plenius cognoscitur a nobis deus q̄ per rationem naturalem. ¶ P̄. Per rationem naturalem in cognitionem diuinorum peruenire non possumus nisi per phantasmata[c]: sic etiam nec secundum cognitionem gratie. Dicit enim dio. primo cap. cele. hyerar. ꝙ impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium: nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum. Ergo per gratiam non plenius cognoscimus deum, q̄ per rationem naturalem. ¶ Preterea: Intellectus noster per gratiam fidei deo adheret. Fides autem autem non videtur esse cognitio. Dicit enim grego. in homel. ꝙ ea que nō videntur fidem habent et non agnitionem. Ergo per gratiā non additur nobis aliqua excellentior cognitio de deo.

Sed cōtra Est quod dicit apostolus prime corin. 2. Nobis reuelauit deus per spiritum suum: illa: scilicet que nemo principum huius seculi nouit. i. philosophorum: vt exponit glo.

Respondeo Dicendum: ꝙ per gratiā perfectior cognitio de deo habetur a nobis q̄ per rationem naturalem. Quod sic patet. Cognitio enim quam per naturalem rationem habemus, duo requirit: scilicet phantasmata ex sensibilibus accepta: et lumen naturale intelligibile: cuius virtute intelligibiles conceptiones ab eis abstrahimus. ¶ Et quantum ad vtrunque iuuatur humana cognitio per reuelationem gratie. Nam et lumen naturale intellectus confortatur per infusionem luminis gratuiti: et interdum etiam phantasmata in imaginatione hominis formantur diuinitus magis exprimentia res diuinas: q̄ ea que naturaliter a sensibilibus accipimus: sicut apparet in visionibus prophetalibus. Et interdum etiam aliquae res sensibiles formantur diuinitus: aut etiam voces ad aliquid diuinum exprimendum: sicut in baptismo visus est spiritussanctus in specie colūbe: et vox patris audita est. hic est fi. me. di.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ licet per reuelationem gratie in hac vita non cognoscamus de deo quid est: et sic ei quasi ignoto coniungamur: tamen plenius ipsum cognoscimus inquantum plures et excellentiores effectus eius nobis demonstrantur: et inquantum ei aliqua attribuimus ex reuelatione diuina, ad que ratio naturalis non pertingit: vt deum esse trinum et vnum. ¶ Ad secundum dicendū, ꝙ ex phantasmatibus vel a sensu acceptis secundum naturalem ordinem: vel diuinitus in imaginatione formatis tanto excellentior cognitio intellectualis habetur, quanto lumen intelligibile in homine fortius fuerit. Et sic per reuelationem ex phantasmatibus plenior cognitio accipitur ex infusione diuini luminis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ fides cognitio quedam est: inquantum intellectus determinatur per fidem ad aliquod cognoscibile. Sed hec determinatio ad vnum non procedit ex visione credentis: sed a visione eius cui creditur. Et sic inquantum deest visio deficit a ratione cognitionis: que est in scientia. Nam scientia determinat intellectum ad vnum per visionem et intellectum primorum principiorum.

¶Questio 13.

C Onsideratis his que ad diuinam perfectionem pertinent, procedendum est ad cōsiderationem diuinorum nominum. Unumquodque enim nominatur a nobis secūdū ꝙ ipsum cognoscimus.

mnia ex necessitate cōsequunť ex habitudine inter deuz z sensibilia. Reliqua autē obscura sunt naturaliter nob3 i hac vita.

¶Super arti.13.

T Itulus clar⁹. ¶ In corpore vna conclusio responsiua quesito affirmatiue. perfectior cognitio de deo habetur per gratiaz a nobis q̄ per rationem nature. Probatur. humana cognitio per gratiam iuuatur: et quo ad lumen intellectuale: et quo ad fantasmata. ergo perfectior est cognitio. consequentia probatur: quia cognitio nostra ex his duobus consurgit. Antecedens vero probatur quia per gratiam interdum formantur fantasmata melius exprimentia diuina: interdum res sensibiles: interdu3 voces. ergo. Exemplum primi in visionibus prophetarum. secundi in columba baptismi christi. tertij in voce ibidem audita. ¶Aduerte hic: ꝙ cognitio per gratiam in hac vita de deo preferť naturali non ex parte modi: quia sic naturalis est potior: cum sit per modum euidentie (vt in responsione ad tertium dicitur) sed ex parte obiecti extensiue et intensiue: vt in responsione ad primum dicitur: quia plura z occultiora ratiōi naturali: ac per hoc nobiliora et manifestiora secundum se per gratiam cognoscimus: vt ꝙ est trinus zc. hec eniz tāto alijs prestant q̄to eoꝝ cognoscibilitas tā alta est: vt soli deo sint naturaliter euidētia: vt in principio lib. ȝ Sent. aperitur.

¶Super. q.13. ar.1.

T Itulus clar⁹. ¶ In corpore vna conclusio responsiua quesito affirmatiue cum modificatione. cōclusio est. Deus potest a nobis nolari ex creaturis: nō aūt secūdū quod est secundū se. Probatur cōclō quo ad vtrāq3 partē simul. voces sunt signa intellectuū: z intellectus sunt similitudines rerum. ergo voces referuntur ad res significandas medijs intellectibus. ergo secundū quod aliquid a nobis intelligitur sic potest a nobis nominari. ergo deus potest nominari a nobis ex creaturis: z nō secundum quod est secundū se. Antecedēs est philosophi primo perihermenias. consequentia vero tam prima q̄ secunda relinquitur nota. Ultima autem probatur: quo ad primam consequentie partem: qz deus cognoscitur a nobis ex creaturis tripliciter: vt dictum est. Quo ad secundam vero: quia deus in hac vita non potest videri a nobis per essentiam. Et ad claritatem terminorum subditur in litera: declaratio exemplaris ab opposito: quomodo nomina nō significant deum sm ꝙ in se est. z intendit ꝙ significare rem sm qd est: est significare terminū nature illius: vt ly homo: qd impossibile est hic de deo haberi: quoniā omnia nomina significant terminos: aut rerum communium: aut negationum: vel respectuum zc. vel compositorum ex his: vt p3 inductiue.

68 1.dis.22 q.1.ā.1.

¶Circa hāc partem occurrit dubiū. scot⁹ siquidem in primo. dis.2. q. vnica. discutiens hanc ppositionem assumptā sicut res intelligitur/ita z nominať: distinguit eam: sc3 quo ad impositionem nominis vel quo ad vsum nominis impositi z tria dicit. Primo ꝙ quo ad impositionem videtur falsa: quod probat sic. Substantia non intelligitur a nobis distincte in propria natura: z tamen significatur. ergo imponere possumus nomina distinctius significātia q̄ itelligam⁹. cōsequētia vero/z antecedens p secunda parte probatur: qz cognitis verbi gratia accidētibus: z ppietatib⁹ lapidis/ imponimus nomē illi substātie lapidis: itēdētes illā significatū iri p nomē: z tñ nō cognoscimus distincte illā. Secundo ꝙ quo ad vsum est simpliciter falsa. Tertio ꝙ multis nobis pōt viatori exprimētibus diuinā essentiā sub ratiōe ipsius essentie diuine. Probanť hec duo: quia verisimile est esse in sacra scriptura huiusmodi nomina: vt iudei dicunt de nomine tetragrammaton zc. siue imposita fuerint hec nomina a deo siue ab angelo.

¶Ad hec pro quanto veritati non cōsonant dicendum est. Et ad primuz quidem: ꝙ nō est imaginabile imponi nomen distinctius significans q̄ concipiatur: z in litera redditur causa: qz voces significant res non nisi media conceptione intellectus: igitur significatio causatur ex conceptione: ergo distincta significatio supponit distinctam conceptionem. z cōfusa confusam: z maior maiorem: z minor minorem zc. Quare ab hac vniuersalissima regula de causa z cāto hec excipienda sunt. Probatio autez sua nihil valet. tum qz antecedens pro prima parte est falsum. Tū quia pro secunda parte male probatur. Dico enim z ita esse experimur: ꝙ cognitis accidentibus cognoscimus rem quandam sublatere z sm se esse z subsistere zc. z huiusmodi res nūquā magis significabitur q̄ cognoscetur. si em cognosceť cōfuse: vt in exemplo dato nunquā significabiť nisi confuse. ex tali siquidem nomine nūquā aliquis plus intelliget/q̄ perfectus impositor apprehenderit: quamuis ex meliori ingenio proprio cognito alicuius nominis significato inre: discurrendo alia cognoscat: sicut ex principijs conclusiōes deducimus sed hoc nō est ex vi significationis nominis. Unde z ipsemet scotus ibidem sub dubio primum dictum relinq̄re tandem videtur. De secundo vero bñ dicit scot⁹. experimur enim ꝙ multis nolibus vtimur confuse notis antequam ad notitiam distinctam illorum terminorum veniamus. De tertio autem: qz experiētia teste nullum tale nomē diuinū habem⁹. Et rursus qz frustra hominibus talia darentur nomina: quoniam nos non possumus deum sm se cognoscere. Et qz sine sufficienti anthoritate nouitas hec dicit. Et qz Dyo. in primo cele. hierar. dicit impossibile ē nobis aliter lucere diuinu3 radium nisi varietate sacrorum velaminu3 occultatum: videtur mihi simpliciter falsum dictum scoti. z dicendum vt in litera dicitur. ꝙ deus i hac vita nō ē a nobis nominabilis nisi ex creaturis: z h tā q̄ ad impositionē q̄ vsum.

¶In respōsiōe ad secundū dubitare Nouitius posset/q̄ pacto abstractu3 significat vt q̄/ z nō per modu3 subsistentis: cū sit nomen substātiuum. vt albedo. Substātiui aūt pprium est p modum substantie significare. Ad hoc breuiter dicit: ꝙ icidit hic sophisma cōsequentis/ a mō substantie: ad hūc modum determinate affirmando. Substātiuū quidē significat p modū substātie. i. p se stātis. i. solitarie: z nō p modū subsistentis. Et si instet ꝙ etiā simitas significat curuitatē in naso: z cōsequenter nō significat formā solitarie sed cum subiecto. Respondetur ꝙ hic non est questio de significatione z consequentibus ad ipsam: sed de modo significādi. abstractum autez z concretum in significatione cōueniūt: qz vtrunq3 puram formam significat. vt in predicamētis de albo dicitur. z ex natura significate forme op3 vtrunq3 copulate subiectū forme significare. Sed ex modo significandi differentie est; qz cōcretum importat subiectum: z compositum ex modo significandi: vt primū significatum in cuius signum dicimus ꝙ simū est nasus curuus: prius nasu3

¶Circa hoc ergo queruntur 12. Primo. vtrum deus sit nominabilis a nobis. Secundo. vtrum aliqua nomina dicta de deo predicentur de ipso substantialiter. Tertio vtrum aliqua nomina dicta de deo proprie dicantur de ipso: an omnia attribuantur ei metaphorice. Quarto. vtrum multa nomina dicta de deo sint synonima. Quito vtrū nomina aliqua dicantur de deo z creaturis, vniuoce vel equiuoce. Sexto. supposito quod dicantur analogice: vtrum dicātur de deo per prius vel de creaturis. Septimo. vtrum aliqua nomina dicantur de deo ex tempore. Octauo. vtrum hoc nomē deus sit nomen nature vel operatiōis. Nono. vtrum hoc nomen deus sit nomen communicabile. Decimo. vtrum accipiatur vniuoce vel equiuoce secundum quod significat deum per naturam: z per participationem z secundum opinionem. Undecimo. vtrum hoc nomen qui est, sit maxime proprium nomen dei. Duodecimo. vtrum propositiones affirmatiue possint formari de deo.

¶Utrū aliqd nomē deo cōueniat. Arti. 1.

A D primum Sic proceditur. Uidetur quod nullum nomen deo cōueniat. Dicit enim dio. primo ca. de diui no. quod neque nomen eius est neq3 opinio. Et puerb. 30. dicitur, Quod nomen eius z quod nomen filij eius si nosti. ¶ P̄. Omne nomen aut dicitur in abstracto aut in cōcreto: sed nomina significantia in concreto non competunt deo: cum simplex sit. neq3 nomina significantia in abstracto: quia non significant aliquid perfectum subsistens. Ergo nullum nomen potest dici de deo. ¶ P̄. Nomina significant substantiam cum qualitate: verba autem z participia significant cum tempore: pronomina autem cum demonstratione vel relatione. Quorum nihil competit deo: quia sine qualitate est z sine omni accidente: z sine tempore, z sentiri nō potest vt demonstrari possit, nec relatiue significari: cum relatiua sint aliquorum ante dictorum recordatiua vel nominum: vel participiorum: vel pronominum demōstratiuorum. Ergo deus nullo modo potest nominari a nobis.

Sed cōtra Est quod dicitur exo. 15. Quasi vir pugnator omnipotens nomen eius.

Rñdeo Dicendum: ꝙ scōm philosophum voces sunt signa intellectuum: z intellectus sunt rerum similitudines. Et sic patet quod voces referuntur ad res significandas mediante conceptione intellectus. Secundum igitur quod aliqd a nobis intellectu cognosci potest sic a nobis potest nominari: ostensum est autem supra[c]: quod deus in hac vita nō potest a nobis videri per suam essentiam: sed cognoscitur a nobis ex creaturis sm habitudinez principij: z per modū excellentie z remotionis[c]. Sic igitur potest nominari a nobis ex creaturis. Non tamen ita quod nomē significans ipsum exprimat diuinam essentiam scōm ꝙ est: sicut hoc nomē homo exprimit sua significatione essentiam hominis secūdum quod est: significat enim eius diffinitionem declarantem eius essentiam. Ratio enim quam significat nomen, est diffinitio. 65.

Ad primum Ergo dicēdum, qd ea ratione dicitur deus non habere nomen vel esse supra nominationem: quia essentia eius est supra id qd de deo intelligimus z voce significam⁹. 66. ¶ Ad secundum dicēdum: ꝙ quia ex creaturis in dei cognitionem venimus: z ex ipsis eum nominamus: nomina que deo attribuimus hoc modo significant, secundu3 quod cōpetit creaturis materialibus: quorum cognitio est nobis connaturalis, vt supra dictum est[c]. Et qz in huiusmodi creaturis ea que sunt perfecta z subsistentia sunt composita: forma autem in eis non est aliquid completu3 subsistens sed magis quo aliquid ēst: inde est qd omnia nomina a nobis imposita ad significandum aliquid cōpletum subsistens significant in concretione[c]: prout competit compositis. 582 Que autem imponuntur ad significandas formas simplices: significant aliquid non vt subsistens: sed vt quo aliquid est: sicut albedo significat vt quo aliquid est album. 18. Quia igitur z deus simplex est: et subsistens est: attribuimus ei nomina simplicia z nomina abstracta ad significandam simplicitatem eius: z nomina concreta ad significandam subsistentiam z perfectionem ipsius[c]: quamuis nomina deficiant a modo ipsius[c]: sicut intellectus noster non cognoscit eum vt est secundum hanc vitam. 16. 70. 72.

¶ Ad tertium dicendum: quod significare substantiam cum qualitate est significare suppositum cum natura vel forma determinata in qua subsistit. Unde sicut de deo dicuntur aliqua in concretione ad significandum subsistentiam et perfectionem ipsius: sicut iam dictum est[c]: ita dicuntur de deo nomina significantia substantiam cum qualitate. Uerba vero

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝙ curuitatem exprimentes. Abstractum vero subiectum ex modo significandi/ aut non importat: sed ex natura rei significate: aut si importat/ non importat principaliter/ sed vltimo. Unde econuerso dicimus ꝙ simitas est curuitas nasi. Significat igitur abstractum per modum substantie: quo ad hoc quia significat illud per se: idest non cum alio/ ex modo significandi: et hoc aut simpliciter aut principaliter. Concretum autem ex modo significandi principaliter significat aliud cum re primo significata. Unde dictum Auicen. reprehensum ab auerroi quinto metaphy. cōmē. 14. si ratione modi significandi intelligitur/ verum fuit. Nec ratio auerrois cōcludit oppositum: quoniam non tenet nisi in formaliter significatis ex vi significationis.

et participia consignificantia tempus dicuntur de ipso, ex eo ꝙ eternitas includit omne tempus. Sicut enim simplicia subsistentia non possumus apprehendere et significare nisi per modum compositorum: ita simplicem eternitatem non possumus intelligere vel voce exprimere nisi per modum temporalium rerum: et hoc propter connaturalitatem intellectus nostri ad res compositas et temporales. Pronomina vero demonstratiua dicuntur de deo secundum ꝙ faciunt demonstrationem ad id quod intelligitur: non ad id quod sentitur. Secundum enim ꝙ a nobis intelligitur secundum hoc sub demonstratione cadit. Et sic secundum illum modum quo nomina et participia et pronomina demonstratiua de deo dicuntur: secundum hoc et pronominibus nominibus relatiuis significari potest.

Utrum aliquod nomen dicatur de deo substantialiter. Arti. 2.

Ad secundum sic proceditur. Uidetur, ꝙ nullum nomen dicatur de deo substantialiter. Dicit enim Dam. Oportet singulum eorum que de deo dicuntur, non quid est secundum substantiam significare: sed quid non est ostendere aut habitudinem quandam: aut aliquid eorum que assequuntur naturam vel operationem. ℞. Dicit Dio. primo capitulo de diui. no. Omnium sanctorum theologorum hymnum inuenies ad beatos thearchie processus manifestatiue et laudatiue dei nominationes diuidentem. Et est sensus: ꝙ nomina que in diuinam laudem sancti doctores assumunt secundum processus ipsius dei distinguuntur. Sed quod significat processum alicuius rei: nihil significat ad eius essentiam pertinens. Ergo nomina dicta de deo non dicuntur de ipso substantialiter. ℞. Secundum hoc nominatur aliquid a nobis secundum quod intelligitur. Sed non intelligitur deus a nobis in hac vita secundum suam substantiam. Ergo nec aliquod nomen impositum a nobis dicitur de deo secundum suam substantiam.

Sed contra est quod dicit Aug. 7. de trini. deo hoc est esse quod fortem esse vel sapientem esse: et si quid de illa simplicitate dixeris qua eius substantia significatur. Ergo omnia nomina huiusmodi significant diuinam substantiam.

Respondeo dicendū ꝙ de nominib⁹ que de deo dicuntur negatiue vel que relationem ipsius ad creaturam significant, manifestum est ꝙ substantiam eius nullo modo significantᶜ: sed remotionem alicuius ab ipso, vel relationem eius ad alium: vel potius alicuius ad ipsum. Sed de nomini-

Super arti. 2.

In titulo nomē dicatur: id est secundum suum formale significatum attribuatur: et nō secundum id quod copulat: aut pro quo supponit &c. substantialiter vt distinguitur cōtra accidentaliter: vocando accidēs omne quod est extra esse rei. sic. n. homo dicitur substātialiter de sorte. disciplinabile vero et albū dicuntur accidentaliter de eodem. Nec restringes questionem sed iuxta tituli amplitudinem siue substātialiter complete: vt vltima differētia: vel diffinitio: siue substātialiter incōplete: vt animal respectu hominis dicatur: totum sub quesito presenti concluditur. Quum querim⁹ an aliquod nomen substantialiter de deo dicatur.

69 po. q. 7. ar. 4. & 5. & 1. di. 2. ar. 3. Et. 1. S. ca. 51.

In corpore quinque. primo ponit in quibus nominibus habet locum hec questio. secūdo refert duas opiniones. tertio reprobat eas. quarto respondet quesito affirmatiue. quinto ostendit quis sit sensus quum huiusmodi nomina deo attribuuntur: et patet particularum distinctio in litera.

Quo ad primum duo dicit. Primo ꝙ sunt tria genera nominum de deo. Negatiua vt incorporeus immensus &c. Relatiua vt dominus: finis: efficiēs. Et positiua absoluta: vt ens sapiens: viuens &c. Secundo ꝙ questio non est de primo aut secundo genere: sed tertio tantum: quia constat ꝙ illa puram negationem aut re-

8 74

lationem significant: sicut album puram qualitatem.

Quo ad secundum due sunt opiniones. prima est ponentium nomina hec dici de deo negatiue. secunda relatiue: & pʒ.

Quo ad tertium contra vtranque opinionem simul: tripliciter arguitur clare: in secunda tamen ratione aduerte: ꝙ fundatur super illa maxima: omne nomen primum dicitur de eo de quo dicitur formaliter: ꝙ̄ de ceteris quomodolibet aliter dicatur.

bus que absolute et affirmatiue de deo dicuntur, sicut bonus sapiens et huiusmodi: multipliciter aliqui sunt opinati. Quidam enim dixerunt ꝙ hec omnia nomina: licet affirmatiue de deo dicantur: tamen magis inuenta sunt ad aliquid remouendum a deo ꝙ̄ ad aliquid ponendum in ipso. Unde dicunt ꝙ cum dicimus deum esse viuentem: significamus ꝙ deus non hoc modo est sicut res inanimate: et similiter accipiendum est in alijs. Et hoc posuit rabbi moy. Alij vero dicunt: ꝙ hec nomina imposita sunt ad significandum habitudinem eius ad creata: vt cum dicimus, deus est bonus: sit sensus: deus est causa bonitatis in rebus: et eadem ratio est in alijs. Sed vtrunque istorum videtur esse incōueniens propter tria. Primo quidem: quia secundum neutram harum positionum posset assignari ratio: quare quedam nomina magis de deo dicerentur ꝙ̄ alia. Sic enim est causa corporum sicut est causa bonorum. Unde si nihil aliud significatur: cum dicitur: deus est bonus nisi deus est causa bonorum: poterit similiter dici: ꝙ deus est corpus: quia est causa corporum. Item per hoc quod dicitur: ꝙ est corpus remouetur ꝙ non sit ens in potentia tantum sicut materia prima. Secundo: quia sequeretur ꝙ omnia nomina dicta de deo per posterius dicerentur de ipso. Sicut sanum per posterius dicitur de medicina: eo ꝙ significat hoc tantum ꝙ sit causa sanitatis in animali quod per prius dicitur sanum. Tertio: quia hoc est contra intentionem loquentium de deo. Aliud enim intendunt dicere cum dicunt deum viuentem: ꝙ̄ ꝙ sit causa vite nostre: vel ꝙ differat a corporibus inanimatis. Et ideo aliter dicendum est ꝙ huiusmodi quidem nomina significant substantiam diuinam et predicantur de deo substantialiter: sed deficiunt a representatione ipsius. quod sic patet. Significant enim sic nomina deum: secundum ꝙ intellectus noster cognoscit ipsum. Intellectus autem noster cum cognoscat deum ex creaturis: sic cognoscit ipsum secundum ꝙ creature ipsum representant. Ostensum est autem supraᶜ: ꝙ deus in se prehabet omnes perfectiones creaturarum, quasi simpliciter & vniuersaliter perfectus. Unde quelibet creatura intantum eum representat: et est ei similis: inquantum perfectionem aliquam habet. non tamen ita ꝙ representet eum sicut aliquid eiusdem speciei: vel generis: sed sicut excellens principium: a cuius forma effectus deficiunt: cuius tamen aliqualem similitudinem effectus consequuntur: sicut forme corporum inferiorum representant virtutem solarem. Et hoc supra expositum estᶜ: cum de perfectione diuina agebat. Sic igitur predicta nomina diuinam substantiam significant: imperfecte tamen: sicut & creature imperfecte eam representant. Cum igitur dicitur, deus est bonus: non est sensus: deus est causa bo-

Quo ad quartum conclusio responsiua quesito affirmatiue est. huiusmodi nomina dicūtur de deo substantialiter: imperfecte tamen. Probatur. nomina significant deum vt a nostro intellectu cognitum. ergo vt cognitum ex creaturis. ergo vt representatum ex creaturis. ergo vt assimilantur ei creature. ergo vt supereminens principium: cuius forma deficienter participant ab eis. ergo substantialiter. Antecedēs patet ex primo perihermenias cum prima et secunda consequentia. tertia autem est per se nota. quarta vero probatur ex quarta questione: quia non vt representatum similitudine specifica aut generica. igitur analoga vt principium &c. Ultima autem manifeste sequitur: si enim quod quid est cuiusque creature diminuta quedā similitudo est substantie diuine simplicissime. oportet vt ipsa diuina substantia participetur: representetur: cognoscatur: nominetur: & significetur &c.

Quo ad quintum sensus propositionū ex dictis aperitur: explicite dicēdo/ ꝙ quū dicimus/ deus est bonus: sensus est: id quod bonitatem in creaturis dicim⁹: est in deo: et hoc altiori modo. Aduerte hic duo. Primo ꝙ ly ē/ denotat habitudinem formalē: ita ꝙ intendit/ est in deo formaliter. Non sic potest exponi/ de⁹ est corpus &c. Secūdo ꝙ ly/ & hoc altiori modo: nō est accipiendū vt pars significati. Non enim quum dicimus/ deus est bonus significatur bonitas dei. & eminentia eius: sed bonitas tātū. Eminētia vero ex modo significādi innuitur: vt ex sequenti articulo patet: ita ꝙ dicendo: de⁹ est bonus: ex significato nō habetur: nisi ꝙ id quod bonū nomine formaliter importatur: est in deo formaliter. Et quū bonū nomē importat bonitatē in cōcretione:

que in deo non habet locum: quia est modus imperfectus: ideo insinuat ꝙ bonitas est in deo eminentiori modo ꝙ̄ significetur: quia significatur vt est in creaturis.

In responsione ad primū aduerte/ ꝙ apud excellentes doctores: non est idem significare quid est: & esse nomen substantiale: quoniā ad primū exigitur perfectio: ad secundum nō. vt in litera dicitur. Et radix est: quia loquūtur proprie de quid posterioristice/ & metaphorice: quod absque proprijs nō est: & non thopice: quod communibus contētatur.

In responsione ad secundū. Distinctio est sub alijs verbis. importare processus dupliciter. s. formaliter: vel originaliter.

nitatis: vel deus non est malus: sed est sensus: id quod bonitatem dicimus in creaturis, preexistit in deo: & hoc quidem secundum modum altiorem. Unde ex hoc non sequitur quod deo competat esse bonum inquantum causat bonitatem: sed potius econuerso: quia est bonus, bonitatem rebus diffundit. secundum illud augu. de doctrina christiana, Inquantum bonus, est sumus.

Ad primum ergo dicendum: quod damas. ideo dicit: quod hec nomina non significant quid est deus: quia a nullo istorum nominum exprimitur quid est deus perfecte: sed vnumquodque imperfecte eum significat: sicut et creature imperfecte eum representant. Ad secundum dicendum: quod in significatione nominum aliud est quandoque a quo imponitur nomen ad significandum: & id ad quod significandum nomen imponiturᶜ. Sicut hoc nomen lapis imponitur ab eo quod ledit pedem: non tamen imponitur ad hoc significandum quod significet ledens pedem: sed ad significandam quandam speciem corporum, alioquin omne ledens pedem esset lapis. Sic igitur dicendum est quod huiusmodi diuina nomina imponuntur quidem a processibus deitatis. Sicut enim secundum diuersi processus perfectionem creature deum representant licet imperfecte: ita intellectus noster secundum vnumquemque processum deum cognoscit & nominat: sed tamen hec nomina non imponit ad significādum ipsos processus: vt cum dicitur deus est viuens sit sensus: ab eo procedit vita: sed ad significandum ipsum rerum principium prout in eo preexistit vita licet eminentiori modo ꝙ̄ intelligatur vel significetur. Ad tertium dicendum, quod essentiam dei in hac vita cognoscere non possumus secundum quod in se est: sed cognoscimus eam secundum ꝙ representatur in perfectionibus creaturarum. Et sic nomina a nobis imposita eam significant.

Utrum aliquod nomen dicatur de deo proprie. Arti. 3.

Ad tertium sic proceditur. Uidetur, quod nullum nomen dicatur de deo proprie. Omnia enim nomina que de deo dicimus sunt a creaturis accepta: vt dictum estᶜ. Sed nomina creaturarum metaphorice dicuntur de deo. sicut cum dicitur, deus est lapis vel leo vel aliquid huiusmodi. Ergo nomina dicta de deo dicuntur metaphorice. ℞. Nullum nomen proprie dicitur de aliquo: a quo verius remouetur ꝙ̄ de eo predicetur. Sed omnia huiusmodi nomina bonus sapiens et similia verius remouentur a deo ꝙ̄ de eo predicentur: vt patet per Dio. 2. capitulo cel. hierar. Ergo nullum istorum nominum proprie dicitur de

Super arti. 3.

75. In titulo ly proprie pōt sumi dupliciter. Uno modo vt distinguitur cōtra communiter. Et sic animal non dicitur proprie de homine: quia dicitur de alijs. Alio modo vt distinguit contra metaphorice: & sic animal dicitur proprie de homine. Florere autem non. Proprie enim dici est significatum nominis inueniri in eo de quo dicitur secūdum se. Metaphorice autem est significatum nominis inueniri in eo de quo dicitur secūdum suam similitudinem tantum: hic sumitur proprie/ vt distinguitur contra metaphorice.

Circa ordinē horū articulorum dubium occurrit: quoniam preposterus videtur ordo seruatus in. 2. & 3. articulo: quia in ordine compositiuo communiora prius tractanda sunt. Cōmunius autem est nomen proprie dictum de aliquo ꝙ̄ substantialiter: quoniam accidētalia nomina et proprie dicuntur vt patet dicendo/ Sort. est albus.

70 po. q. 7. ar. 4. ad 6m. Et. 1. D. 8. q. 4. ar. 3. Et Di. 22. ar. 2. Et. 1. S. ca. 30. 68

Ad hoc breuiter dicitur quod ordo horum articulorum est optimus. non tamen attenditur penes cōmunitatem maiorem & minorem: sed intimiorē ac priorem rationem dubitandi. Prima namque questio cū sit questio an est: ideo prima querendi ratio est an deus sit nominabilis. secūdā vero questionem cōstat esse questionē quid est. & ideo secunda querendi ratio est: quid in deo est nominabile: substantia/ scili-

deo. ℞. Nomina corporum non dicuntur de deo nisi metaphorice: cum sit incorporeus. Sed omnia huiusmodi nomina implicant quasdam corporales conditiones. significant enim cum tempore & cum compositione & cum alijs huiusmodi que sunt conditiones corporum. Ergo omnia huiusmodi nomina dicuntur de deo metaphorice.

Sed contra est quod dicit Ambro. in lib. 2. de tri. Sunt quedam nomina que euidenter proprietatem diuinitatis ostendunt: & quedam que perspicuam diuine maiestatis exprimunt veritatem. alia vero sunt que translatiue per similitudinem de deo dicuntur. Non igitur omnia nomina dicuntur de deo metaphorice: sed aliqua dicuntur proprie.

Respondeo dicendum, quod sicut dictum estᶜ: deū cognoscimus ex perfectionibus procedentibus in creaturas ab ipso: que quidem perfectiones in deo sunt secundum eminentiorem modum ꝙ̄ in creaturis. Intellect⁹ autem noster eo modo apprehendit eas secundum quod sunt in creaturis: & secundū quod apprehendit ita significat per nomina. In nominibus igitur que deo attribuimus est duo considerare scilicet perfectiones ipsas significatas: vt bonitatem: vitam: & huiusmodi: & modum significandi. Quantum igitur ad id quod significant huiusmodi nomina proprie competunt deo & magis proprie ꝙ̄ ipsis creaturis: & per prius dicūtur de eo. Quantum vero ad modum significandi. Non proprie dicuntur de deo. Habent enim modum significandi qui creaturis competit.

Ad primum ergo dicendum, quod quedam nomina significant huiusmodi perfectiones a deo procedentes in res creatas: hoc modo quod ipse modus imperfectus quo a creatura participatur diuina perfectio in ipso nominis significato includitur: sicut lapis significat aliquid materialiter ens: & huiusmodi nomina non possunt attribui deo nisi metaphoriceᶜ. Quedam vero nomina significant ipsas perfectiōes absolute absque hoc quod aliquis modus participādi claudatur in eorum significatione: vt ens bonum viuens & huiusmodi: & talia proprie dicūtur de deo. Ad secundum dicendum ꝙ ideo huiusmodi nomina dicit Dio. negari a deo: quia id quod significatur per nomen non conuenit eo modo ei quo nomē significat: sed excellentiori modo. Unde ibidem dicit Dionys. Quia est super omnem substantiam & vitam. Ad tertium dicendum, quod ista nomina que proprie dicuntur de deo, important conditiones corporales non in ipso significato nominis: sed quantum ad modum significandi. Ea vero que metaphorice de deo dicuntur: important conditionem corporalem in ipso suo significato.

cet sua an relatio/ an negatio &c. tertia vero questio. quoniam est quia est, ideo tertio loco querendum est quomodo deus nominatur. & inter hos modos datur latitudo. Nam primus spectat ad ipsam nominis predicationem: scilicet proprie vel metaphorice. secundus ad vnitatem & multitudinem: scilicet sinonyme &c. Constat autem quod talis est ordo seruatus in litera. optimus igitur est. Nec est verum ꝙ dici proprie sit communi⁹ ꝙ̄ dici substātialiter. Sed habent se sicut excedentia et excessa: quoniam dici substantialiter cōtingit & proprie & metaphorice. Possum⁹ enim quod quid est rerum metaphorice significare vt antiqui fecerunt/ vnde post determinationem ꝙ dicuntur nomina de dei substantia merito dubitatū est an dicantur de deo proprie. 68 69

In corpore duo. primo distinguit. secundo respōdet quesito. Quo ad primum distinguit ea que sunt in nomine dicto de deo sic. In nominibus deo attributis sunt duo: scilicet perfectio significata/ et modus significandi. Probatur hec distinctio sic. perfectiones procedentes in creaturas a deo sunt eminētiori modo in deo ꝙ̄ in creaturis: ergo habent in se duo: scilicet ipsam perfectionem & modum essendi: ergo cōceptus nostri de deo habent in se duo proportionabiliter: scilicet rem conceptam & modum cōcipiendi: ergo nomina attributa deo habent in se duo: scilicet rem significatā & modum significādi. 215. 9. antecedens patet cū prima cōsequētia. secūda vero probatur quia deum ex his perfectionibus cognoscimus non quomodolibet: sed secundum modum quo sunt in creaturis: idest quod deum ex effectibus suis sic cognoscimus quod modus essendi effectuum redūdat in nostrum modum concipiendi proportionaliter. & sic conceptus de deo in duo distingui oportet: nō tanquam in diuersa concepta: sed in vnum vt rem conceptam. & alterum vt modū nō rei cōcepte: sed ipsius conceptus: qui tamē modus ipsius cōceptus a modo rei cōcepte deriuatur. tertia aūt sequela euidens est.

Quo ad secundum iuxta mēbra duo distinctionis facte rñdet q̄sito vnica cōclusiōe bimēbri. Est aūt cōclusio h. aliqua nomina dicta de deo/ proprie & ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

gis primo dicuntur de deo quo ad rem significatam. Nulla autem quo admodum significandi. hec vltima pars probatur. quia habent modum significandi proprium creaturarum. Prima autem pars relinquitur per se nota ex dictis in q. 4.

71 po.q. 7. ar.6. Et.1.3̄. ca.5.

¶ In responsione ad primum. Aduerte ly in ipso nominis significato: ꝙ intelligitur de significato formali proprio, non autē de materiali ⁊ communi: sapientia enim nō significat qualitatem nisi gratia materie: ⁊ tanq̄ quid commune. ex formali enim ⁊ sibi proprio significato: nec q̄litas: nec habitus: nec aliquid aliud insinuatur: nisi ratio ordinādi: iudicandi: regendiq̄ ⁊c. quam contingit esse substantiā et accidēs habitum ⁊ actum ⁊c.

Super arti. 4.

IN titulo sinonyma. i. idem omino significatū habentia. Ita ꝙ idem sit dicere, Deus est sapiens. et deus est bonus ⁊c.

¶ In corpore respondet quesito vnica cōclusiōe negatiue sic. Nomina huiusmodi attributa deo nō sūt sinonyma. Probatur dupl'r. Prio ſm illas duas vias i articulo scdo ↄfutatas. Secūdo iuxta sententiam quam sequimur. Prima pbatio est. rationes horum nominum sunt diuerse ſꝫ diuersa negata aut causata apd illos: ergo nō sunt synonima. Secūda probatio est. Intellect9 noster cognoscit deum ex creaturis. ergo ↄceptiones nostre de deo sunt pportionate perfectionibus procedētibus a deo in creaturas: ergo sunt varie et multiplices atque vni omnino simplici correspondentes. ergo rationes huiusmodi nominum deo attributorum sunt diuerse. ergo nomina huiusmodi non sunt sinonyma. Antecedens cum prima consequentia patet. Secunda autem probatur ex vi proportionis. Quia sicut idem simpliciter omnino multis perfectionibus representatur in esse reali: ita in esse intentionali: quod est dicere ita multis conceptionibus. tertia vero probatur. quia conceptio ipsa est ratio nominis. vltima est per se nota.

¶ Circa illam propositionem assumptam ad probandum tertiam consequentiam scilicet ratio quam significat nomen est conceptio intellectus de re significata est dubiū. Tum quia quarto metaphysice textu. commenta. 28. dicitur ꝙ ratio quam sinificat nomen: est diffinitio. Constat autem ꝙ diffinitio non est conceptio cum identificetur diffinito. Tum quia ratio nomen est secunde intentionis. conceptus autem prime.

¶ Ad hoc breuiter dicitur ꝙ ratio apud philosophos et theologos in proposito dupliciter sumi potest scilicet formaliter vel denominatiue: sicut album sumitur pro albedine formaliter: et pro re que est alba denominatiue. Si sumitur formaliter sic est nomen intentionis secunde et significat relationem quandam. Si denominatiue: sic significat conceptionem ⁊ diffinitionem sed diuersimode. Conceptio enim mentalis ratio nominis dicitur quia est id quo refertur nomen significatum extra animam. Diffinitio autem: quia est id quo explicatur nominis significatum. In presenti autem litera constat rationem sumi denominatiue pro conceptione mentali. et dicta est significari per nomen: quia significatur proxime. Diffinitio autem est ratio significata per nomen vltimo. ⁊ sic patet solutio obiectorum.

¶ Aduerte hic ꝙ questio presentis litere non est de rebus: sed de nominibus. Et propterea quamuis presens questio potuisset forte decidi ex diuersitate rationum formalium obiectiuarum: vt scotiste faciunt immiscendo materiam de rebus scilicet de distinctiōe attributorum diuinorum. Diuinum tamen authoris ingenium quū didicit ex primo perihermenias: ꝙ nomina sunt signa earum que sunt in anima passionum: formalissime diuersitatem significationis in nominibus ostendit: ex diuersitate conceptionum anime significatarum absque mixtione aliarū difficultatum de rebus, Cum hac enim decisione stat vtraq̄ pars contradictionis in materia de attributis: propter quod ne tanta operis diuinitas fedetur non est hic tractandum de distinctione illa attributorum: sed sit questio specialis.

¶ In responsione ad secundum. Nota ꝙ in pluribus conceptibus clau
duntur duo scilicet assimilatio ad obiectum, et pluralitas eorum. Si 69
queratur ergo multis de rebus: puta deo conceptibus quid respon 68
det in re. respondendum est ꝙ ipsis conceptibus respondet res vna mltipliciter imitabilis seu representabilis. Pluralitati autem ipsorum conceptuum: non respōdet pluralitas in re obiecta: sed eminētia illius: ex qua habet ꝙ vnite contineat, quod diuisim ab
alio apprehenditur. 67
Unde arguere ex distinctione conceptuum, ad distinctionem obiecte rei: est arguere a distinctione effectuum ad distinctionem cause. Quod patet esse ridiculum. Quoniam cum multitudine effectuū stat vnitas cause: vt patet. et propterea in litera vtrunque tangitur dum dicitur ꝙ eis respondet vnum simpliciter multipliciter representatum.

¶ In responsione ad tertium. Aduerte ꝙ illa propositio: deus est vnus re, plures secundum rationem potest dupliciter percipi. Uno modo vt sit multiplex ratione, subiectiue id est ꝙ sit subiectum pluriū cōceptuum: ⁊ est falsa. quoniam vnicus est conceptus in intellectu diuino quo se, et omnia simul intelligit. Alio modo obiectiue idest ꝙ est obiectum plurium conceptuum, siue actualiter, siue virtualiter. et sic est vera, et ad propositum. Ita ꝙ deus dicitur multiplex secundum rationem id est obiectum verificans actu vel virtute plures conceptiones de eo.

¶ In eadem responsione aduerte radicem predicte propositionis ex parte dei: esse eminentem eius vnitatem. Ex parte vero intellectus nostri esse proportionem eius ad sensibilia. Et intendit ꝙ causa talis ac tante pluralitatis rationum de deo: que nominibus significantur, est tanta elongatio nostri intellectus ab illa summa vnitate: ꝙ adeo dearticulate intelligit: quemadmodum in rebus extra diuersificantur imitationes diuine. Sicut enim extra aliud est iustitia: aliud sapientia ⁊c. ita etiam in intellectu nostro. et hoc vt infra patebit: quia est finitus intellectus. Et nota ꝙ non dixit quia intellectus accipit a rebus: sed dixit, quia intellectus ita multipliciter apprehendit: sicut res multipliciter representant. vnde si intellectus noster non acciperet scientiam a rebus, vt contigit in adam: nihil minus idem sequitur: ex hoc ꝙ intellectus proportionalis est rebus: vt in litera dicitur. Ex hac autem radice tu qui alios respicis: habere facile potes radicem pluralitatis rationum de deo. Si enim tanta pluralitas oritur ex summa vnitate obiecti respectu intellectus tam remoti: minor pluralitas orietur ex eadem respectu intellectus ppinquioris. Nulla autem pluralitas erit respectu propinquissimi. Et cum constet ꝙ propinquissimus intellectus non sit qui ab intellecto aliquo modo distinguitur: solus diuinus intellectus restat respectu cuius ex illa summa vnitate nulla conceptuum pluralitas oritur. Radix ergo absolute et vniuersaliter loquendo: et non tantum respectu nostri: quare deus est multiplex ratione: est eius perfecta vnitas: et finitas intellectus creati. Quod ideo hic diximus quia ex hac litera deducitur non ꝙ ad hanc spectet questionem: que de nominibus est, ⁊ consequēter non nisi de dependentibus a nobis.

¶ Super articulum quintum.

IN titulo ly vniuoce sumitur vt in predicamentis diffiniuntur vniuoca. Nec oportet addere aut minuere vt etiam in fine huius articuli dicitur.

¶ In corpore. 4. primo respondet quesito negatiue, ꝙ nō vniuoce. 2° quod nec equiuoce pure. 3° affirmat quod analogice. 4° comparat analogiam ad duo predicta. Quo ad primum conclusio nega
68 tiua est. Nomina communia deo ⁊ creaturis non dicuntur de eis vniuoce. probatur sic. omnis effectus inadequatus recipit diuisim ⁊ multipliciter quod in causa est simpliciter ⁊ eodem modo: ergo recipit similitudinem agentis non secundum eandem rationem: ergo creature participant diuisim ⁊c. perfectiones que in deo vnite sunt: . ergo nomina communia perfectionem importantia quum de creaturis dicuntur significant aliquid distinctum ab alijs. De deo autem dicta non significāt aliquid vt distinctum. ergo huiusmodi nomina dicta de creaturis comprehendunt rem significatam. De deo autem relinquūt rem significatam vt excedentem nominis significationem: ergo huiusmodi nomina non dicuntur de deo ⁊ alijs secundum eādem rationē: ergo nō dicuntur vniuoce de deo ⁊ creaturis. Antecedens declaratur exemplo solis ⁊ inferiorum. Ita quod declaratio non est tam exemplaris q̄ꝫ pportionalis. Ex qua etiā proportionalitate prima ↄñtia manifesta relicta est cum secunda. tertia aūt cum reliquis in litera: vt p se note relinquitur: eo quod a significatis formalibus ad significātia. vt sic quo ad vnitatem ⁊ pluralitatem rōnis liquidum est processum esse optimum. Ipsum tamen ↄñs tertie cōsequētie ⁊ quarte declaratur exēplariter in ly sapiēs: quod est nomen cōmune deo ⁊ creaturis multis.

72 po.q'. 7. ar.7. et opus. 3.c.27. Et.1.3̄. c.32.33. ⁊.34.

¶ Circa primā ↄñam occurrit p nouitijs dubium: q: nō videt valere: eo qd multa sunt eiusdē rōnis genere vel saltē vniuoce vniuocatiōe logica: de qua ē sermo in corporibus inferioribus ⁊ celestibus: ⁊ tñ inferiora hec comparantur ad celestia corpora: vt causas ad vnite habentia: q̄ hic diuisim participant. Antecedens pꝫ. Corporeitas enim ⁊ diaphaneitas, ⁊ lumen ⁊c. sunt eiusdē rationis hic ⁊ ibi.

¶ Ad hoc breuiter dicit ꝙ illa maxima assumpta in antecedente: ex qua infertur diuersitas rōnis intelligitur formaliter. i. vt sic. ita qd semper: participatio diuisim: eius quod simpliciter ac vnite est in causa: excludit identitatem rationis etiā logicam: ab illa re participata: non autem ab alijs si qua alia sunt effectui ⁊ cause communia non ex vi talis participationis. Sic autem contingit in obiectionibus allatis. Nam diaphaneitas, ⁊ similia diuisim sunt in superioribus sicut ⁊ hic. Corporeitas autem si vnite ibi est. s. absq̄ compositione materie ⁊ forme: vt putat Auer. vniuoce nō dicitur de illis ⁊ istis. vnde ipse Auerro. negat super porphyrio: corpus esse genus predicamenti substantie. Et ponit corpus compositum ⁊c. si autem ex materia ⁊ forma resultat etiam ibi: iam pꝫ ꝙ diuisim etiā ibi habetur. Propterea dicito ꝙ corpora celestia inquantum habent aliquid vnite quod participatur hic diuisim vt vr̄ virtutibus actiuis quarū oēs aut multas in vnica lucis nā hñt: nihil hñt eiusdē rōnis cū istis.

¶ Utrum nomina dicta de deo sint nomina sinonyma. Arti. 4.

AD quartum sic proceditur. Uidetur, ꝙ ista nomina dicta de deo sint nomina sinonyma. Sinonyma enim nomina dicuntur que omnino idem significant. Sed ista nomina dicta de deo omnino idem significant in deo: quia bonitas dei est eius essentia: et similiter sapientia. Ergo ista nomina sunt omnino sinonyma. ¶ Si dicatur ꝙ ista nomina significant idem secundum rem sed secundum rationes diuersas. Contra. Ratio cui non respondet aliquid in re est vana. Si ergo iste rationes sunt multe et res est vna: videtur ꝙ rationes iste sint vane. ¶ P̄. Magis est vnum quod est vnum re et ratione q̄ꝫ quod est vnum re et multiplex ratiōe. Sed deus est maxime vnus. Ergo videtur ꝙ non sit vnus re et multiplex ratione. Et sic nomina dicta de deo non significant rationes diuersas. Et ita sunt sinonyma.

Sed contra. omnia Sinonyma sibijnuicem adiuncta nugationem adducunt: sicut si dicatur, vestis, indumentum. Si igitur omnia nomina dicta de deo sunt sinonyma non posset conuenienter dici deus bonus: vel aliquid huiusmodi: cum tamen scriptum sit Hiere. 32. Fortissime, magne, potens, dominus exercituum nomen tibi.

Respondeo Dicendum, ꝙ huiusmodi nomina dicta de deo non sunt sinonyma. Quod quidem facile esset videre si diceremus ꝙ huiusmodi nomina sunt inducta ad remouendam vel ad designandam habitudinē cause respectu creaturarū. Sic enim essent diuerse rationes horum nominum secundum diuersa negata vel secundum diuersos effectus connotatos. Sed ſm ꝙ dictū est[c], huiusmodi nomina substantiam diuinam significare licet imperfecte: etiam plane apparet ſm premissa[c]: ꝙ habent rationes diuersas. Ratio enim quam significat nomen est conceptio intellectus de re significata per nomen. Intellectus autem noster, cū cognoscat deum ex creaturis format ad intelligē dum deum conceptiones proportionatas perfectionibus procedētibus a deo in creaturas. Que quidem perfectiones in deo preexistunt vnite et simpliciter: in creaturis vero recipiuntur diuise et multipliciter. Sicut igitur diuersis perfectionibus creaturarum respondet vnum simplex principium representatum per diuersas perfectiones creaturarum varie et multipliciter: ita varijs et multiplicibus conceptibus intellectus nostri respondet vnum omnino simplex: ſm huiusmodi conceptiones[c]: imperfecte intellectum. Et ideo nomina deo attributa licet significent vnam rem: tamē quia significant eam sub rationibus multis ⁊ diuersis non sunt sinonyma. ¶ Et sic patet solutio ad primum: quia nomina sinonyma dicuntur que significāt vnum secundum vnā rationem. Que enim significāt rationes diuersas vnius rei, non primo ⁊ per se vnum significant: quia nomen non significat rem nisi mediante conceptione intellectus: vt dictum est[c]. ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ rationes plures horum nominum non sunt casse ⁊ vane: quia omnibus eis respondet vnum quid simplex. per omnia huiusmodi multipliciter ⁊ imperfecte representatum. ¶ Ad tertium dicendum, quod hoc ipsum ad perfectam dei vnitatē pertinet: quod ea que sunt multipliciter et diuisim in alijs, in ipso sunt simpliciter ⁊ vnite. Et ex hoc contingit: quod est vnus re et plures secūdum rationem: quia intellectus noster ita multipliciter apprehendit eum sicut res multipliciter ipsum representant.

¶ Utrum ea que de deo dicuntur ⁊ creaturis vniuoce dicantur de ipsis. Arti. 5.

AD quintum Sic procedit. Uidetur quod ea que dicūtur de deo ⁊ creaturis, vniuoce de ipsis dicantur. Omne enim equiuocum reducitur ad vniuocum sicut multa ad vnum. Nam si hoc nomen canis equiuoce dicitur de latrabili ⁊ marino: oportet quod de aliquibus vniuoce dicatur scilicet de omnibus latrabilibus. Aliter enim esset procedere in infinitum. Inueniuntur autem quedam agentia vniuoca que conueniunt cum suis effectibus in nomine et diffinitione: vt homo generat hominem. quedam vero agentia equiuoca: sicut sol causat calidum: cum tamen ipse non sit calidus nisi equiuoce. Uidetur igitur quod primum agens ad quod omnia agentia reducuntur: sit agens vniuocum. Et ita que de deo ⁊ creaturis dicuntur: vniuoce predicantur. ¶ P̄. Secundum equiuoca non attēditur aliqua similitudo. Cum igitur creature ad deum sit aliqua similitudo: secundum illud gene. 1. Fa. ho. ad ima. ⁊ si. no. videt quod aliquid vniuoce de deo ⁊ creaturis dicatur. ¶ P̄. Mensura est homogenea mensurato vt dicitur in 10. metaph. Sed deus est prima mensura omnium entium: vt ibidem dicitur. Ergo deus est homogeneus creaturis. Et ita aliquid vniuoce de deo ⁊ creaturis dici potest.

Sed cōtra. Quicquid predicatur de aliquibus ſm idem nomen ⁊ non secundnm eandem rationem: predicatur de eis equiuoce. Sed nullum nomen conuenit deo secundum illam rationem secundum quam dicitur de creatura. Nā sapientia in creaturis est qualitas: non autem in deo. genus autem variatum mutat rationem: cum sit pars diffinitionis: ⁊ eadem ratio est in alijs. Quicquid ergo de deo ⁊ creaturis dicitur equiuoce dicitur. ¶ P̄. Deus plus distat a creaturis q̄ꝫ quecūq̄ creature ab inuicem. Sꝫ propter distantiam quarundam creaturarum contingit quod nihil vniuoce de eis predicari potest: sicut de his que non conueniunt in aliquo genere. Ergo multo minus de deo ⁊ creaturis aliquid vniuoce predicatur: sed omnia predicantur equiuoce.

Respondeo Dicendum: qd impossibile est aliqd predicari de deo ⁊ creaturis vniuoce. Quia omnis effectus non adequans virtutem cause agentis recipit similitudinem agentis non secundum eandem rationem sed deficienter: ita ⁊ quod diuisim ⁊ multipliciter est in effectibus: in causa est simpliciter et eodem modo[c]. sicut sol secundum vnam virtutem, multiformes ⁊ varias formas in istis inferioribus producit: eodem modo vt supra dictum est[c] omnes rerum perfectiones que sunt in rebus creatis diuisim et multipliciter, in deo preexistūt vnite. Sic igitur cum aliquod nomen ad perfectionem pertinens de creatura dicitur, significat illam perfectionem distinctam secundum rationem distinctionis ab alijs: puta cum hoc nomen sapiēs de homine dicitur: significamus aliq̄ꝫ perfectionem distinctam ab essentia hominis, ⁊ a potentia, ⁊ ab esse ipsius, ⁊ ab omnibus huiusmodi. Sed cum hoc nomen de deo dicimus non intendimus significare aliquid distinctum ab essentia vel potentia vel esse ipsius. Et sic cum hoc nomen sapiens de homine dicitur quodāmodo describit ⁊ comprehendit rem significatam: nō autem cum dicitur de deo: sed relinquit rem significatā vt incomprehensam ⁊ excedētem nominis significationem. Unde pꝫ ꝙ nō ſm eandem rationem hoc nomen sapiens de deo ⁊ de homine dicitur. Et eadem ratio est de alijs. Unde nullum nomē vniuoce de deo ⁊ creaturis predicatur. Sed nec etiā pure equiuoce: vt aliqui dixerunt. Quia ſm hoc ex creaturis nihil posset cognosci de deo nec demonstrari: sed semper incideret fallacia equiuocationis. Et hoc est tam contra phm qui multa demonstratiue de deo probat: q̄ꝫ etiam

¶ P̄. Angeli sunt capaces beatitudinis sicut ꝛ hoies. Sed angelis nō competit predestinari (vt vr̄ cū in eis nunq̄ fuerit miseria. predestinatio aūt est propositū miserendi: vt dicit aug.) Ergo hoies nō predestinātur. ¶ P̄. Bñficia hoibus a deo collata p spiritūsanctū viris scis reuelantur: ꝑm illud apl̄i. 1. cor. 2. Nos aūt nō sp̄m huius accepimus mūdi: sed sp̄m q̄ ex deo est vt sciamus que a deo donata sunt nobis. Si ergo homines p̄destinarentur a deo (cū p̄destinatio sit dei bñficiū) esset p̄destinatis nota sua predestinatio. Quod patet esse falsum.

Sed contra Est quod dr ro. 8. Quos predestinauit, hos ꝛ vocauit.

136 138 **Rn̄deo** Dicēdū, q̄ deo cōueniēs ē hoies p̄destinare. Oia.n. diuine ꝓuidētie subiacēt: vt supra ońsuꝫ est. Ad ꝓuidētiā aūt ptinet res in finē ordinare: vt dictū est. Finis aūt ad quē res create ordinant̄ a deo est duplex. Unus qui excedit ꝓportionē nāe create ꝛ facultatē. Et hic finis est vita eterna: q̄ in diuina visione cōsistit: q̄ est supra nām cuiuslibet creature: vt supra habitū est. Alius aūt finis est nāe create ꝓportionatus: quē.s. res creata pōt attingere ꝑm virtutē sue nāe. Ad illud autē ad q̄d nō pōt aliq̄d virtute sue nāe puenire opꝫ q̄ ab alio trāsmittat̄: sicut sagitta a sagittante mittit̄ ad signū. Uñ ꝓprie loquendo rōnalis creatura: q̄ ē capax vite eterne: pducitur in ip̄am quasi a deo trāsmissa. Cuius quidem trāsmissionis rō in deo preexistit: sicut ꝛ in eo est rō ordinis oium in finem quā diximus esse ꝓuidētiā. Rō aūt alicui' fiendi in mente actoris exn̄s est q̄dā p̄exn̄tia rei fiēde in eo. Uñ rō p̄dicte trāsmissiōis creature rōnalis in finē vite eterne p̄destinatio noiatur. Nā destinare est mittere. Et sic pꝫ q̄ predestinatio quātū ad obiecta est quedā pars prouidentie.

Ad primū Ergo dōm, q̄ damascenus nominat p̄determinationē ipōnē necessitatis: sicut est in rebus nālibus: q̄ sunt p̄determinate ad vnuꝫ. Qd pꝫ ex eo q̄ subdit. nō.n. vult malitiā neq̄z cōpellit virtutē. Uñ p̄destinatio nō excluditur. ¶ Ad scdm dōm, q̄ creature irrōnales nō sunt capaces illius finis: q̄ facultatē humane nāe excedit. Uñ nō ꝓprie dicunt̄ p̄destinari. Et si aliqñ abusiue predestinatio nominet̄ respectu cuiuscūq̄z alterius finis.

¶ Ad tertiū dōm, q̄ predestinari cōuenit angelis: sicut ꝛ hoibus: lꝫ nunq̄ fuerint miseri. Nam motus non accipit sp̄em a termino a quo: sed a termino ad quē. Nihil.n. refert q̄tum ad rōnē dealbatiōis: vtrū ille q̄ dealbat̄ fuerit niger: aut pallidus: vel rubeus. Et sil'r nihil refert ad rōnem predestinationis: vtrū aliq̄s predestinetur in vitam eternam a statu miserie vel nō. Quāuis dici possit q̄ ois collatio boni supra debitum eius cui confertur ad miseriā pertineat: vt supra dictum est. ¶ Ad quartū dōm, q̄ ēt si aliquibus ex sp̄ali priuilegio sua predestinatio reueletur: nō tn̄ cōuenit vt reueletur oibus: q: sic illi qui nō sunt p̄destinati desperarent: ꝛ securitas in predestinatis negligētiam pareret.

¶ Utrū p̄destinatio aliq̄d ponat in predestinato. Arti.2.

Ad scdm sic ꝓcedit̄. Uꝫ q̄ predestinatio ponat aliquid in p̄destinato. Omnis enim actio ex se passionem infert. Si ergo predestinatio actio est in deo: oportet q̄ p̄destinatio passio sit in predestinatis. ¶ P̄. Ori. dicit sup illud Ro.1. Qui predestinatus est ꝛc. Predestinatio est eius qui nō est. sed destinatio eius est qui est. Et aug. dicit in lib. de predestinatione sanctoꝝ, Quid est predestinatio nisi destinatio alicuius existētis. Ergo predestinatio non est nisi alicuius existentis. ꝛ ita ponit aliquid in p̄destinato. ¶ P̄. Preparatio est aliquid in preparato. Sed predestinatio est preparatio bñficioꝝ dei: vt dicit aug. in lib. de predestinatiōe sctōꝝ. Ergo predestinatio est aliq̄d in predestinatis. ¶ P̄. Tpale non ponitur in diffōne eterni. Sed grā q̄ est aliq̄d tpale, ponitur in diffōne predestinationis. Nā predestinatio dicit̄ esse preparatio grē in p̄nti: ꝛ glorie in futuro. Ergo predestinatio nō est aliquid eternū. Et ita opꝫ q̄ nō sit in deo: sed in p̄destinatis. Nā q̄cq̄d est in deo, est eternum.

Sed cōtra Est, quod augu. dicit q̄ p̄destinatio ē p̄scia beneficioꝝ dei. Sed prescientia nō ē in prescitis: sed in presciente. Ergo nec predestinatio est in predestinatis, sed in p̄destināte.

Rn̄deo Dōm, q̄ predestinatio non est aliquid in predestinatis: sed in predestināte tm̄. Dictum est enim, quod predestinatio est quedam pars prouidentie. Prouidentia aūt non est in rebus prouisis, sed est quedam rō in intellectu prouisoris: vt supra dictū est. Sed executio ꝓuidentie que gubernatio dr passiue quidem est in gubernatis, actiue aūt est in gubernāte. Unde manifestū est q̄ predestinatio est quedā rō ordinis aliquoꝝ in salutem eternam in mente diuina existens. Executio autem huius ordinis est passiue quidē in predestinatis: actiue aūt est in deo. Est autem executio predestinationis vocatio ꝛ magnificatio: ꝑm illud apostoli ad ro. 8. Quos p̄destinauit hos ꝛ vo. ꝛ quos vocauit, hos ꝛ magnificauit.

Ad primū Ergo dōm: q̄ actiōes in exteriorē nām transeūtes inferunt ex se passionē: vt calefactio ꝛ secatio. nō aūt actiones in agēte manentes: vt sunt itelligere ꝛ velle: vt supra dictū est. Et talis actio est predestinatio. Unde predestinatio nō ponit aliquid in predestinato. Sed executio eius que trāsit in exteriores res, ponit in eis aliquē effectum. 275 113

¶ Ad scdm dicendum, q̄ destinatio aliqñ sumitur pro reali missione alicuius ad aliquem terminum. Et sic destinatio non est nisi eius quod est. Alio modo sumitur destinatio promissione quam aliquis mēte cōcipit: ꝑm q̄ dicimur destinare quod mente firmiter proponimus. Et hoc secundo modo dicitur. 2. macha. 6. cap. q̄ eleazarus destinauit non admittere illicita propter vite amorem. Et sic destinatio potest esse eius quod non est. Tñ predestinatio ratiōe antecessionis quā importat pōt esse eius q̄ non est: qualitercunq̄z eius destinatio sumatur. ¶ Ad tertium dicēdum, q̄ duplex est preparatio. Quedā patientis vt patiat̄. Et hec preparatio est in preparato. Quedam alia est agentis vt agat. Et hec est in agēte. Et talis preparatio est predestinatio: prout aliquod agens per intellectum dicitur se preparare ad agendum inquantum pre-

ē em̄ creatura rationalis: ordo vero trāsmissio: finis vita eterna. constat aūt quodlibet hoꝝ/ partem esse totius entis/ ordinis/ ꝛ finis creati/ prouidētie subiecti.

¶ Circa hanc partem nota differentiaꝫ inter. S. Tho. doctrinā ꝛ alios. de quoꝝ numero est Sco. in. 4o. distin. primi. Putant em̄ predestinationem proprie electionem ꝛ consequenter actum diuine voluntatis significare. Hic autem expresse dicit̄ q̄ actū intellectus importat sicut et prouidentia: quoniā pars est prouidētie. Ad cuius maiorem claritatem/ recolito q̄ diuinus intellect' / nostro more loquēdo. primo excogitauit ordinem eligendoꝝ ac mittēdoꝝ in vitā eternam euncq̄z sue voluntati ꝓposuit acceptandū: deinde libere sua voluntas illum ordinem exequendum elegit. ꝛ sic tertio ordo q̄ pri'/ idest ꝑm se rationem excogitati habebat modo habet rationē statuti. Diuersitas igit̄ opinionū in hoc cōsistit/ q̄ illi ipsā electionem: que ordinem illum excogitatum ac propositū statuit: predestinatiōis nomine intelligendā dicunt. Nos autem nō ordinem excogitatum: sꝫ ordinem statutum in ipso authoris mente predestinationis nomine significamus. Et qm̄ diuersitas hec de vocabulis est potius q̄ reb': eo q̄ hec omia requiri ad predestinationem null' ambigit: vnusquisq̄z in suo sensu abūdet: modo nominib' vtamur vt plures.

58 131 135 b 12380

¶ Super artic. II.

133 134 In titulo vtrum ponat aliq̄d idest cum dicitur/ sor. ē predestinat' vtrum lꝫ p̄destinatus p̄dicet aliquod ens in sor. substātiale aut accidentale vt cū dicitur/ sor. est animal: vel sor. est albus: aut nihil ponat in eo: sꝫ denominet tantum denominatione extrinseca: sicut cum dicitur/ albū videtur.

140 1.D.40. q.1.ar.1.

¶ In corpore vnica ē cōclusio respōsiua q̄sito negatiue. p̄destinatio non est aliquid in predestinato: s. i predestinante tātum. probatur ꝛ manifestatur conclusio. Probatur quidem sic. prouidētia nihil ponit in prouisis: sed i intellectu tantū prouisoris rōnem ordinis ꝛc. ergo p̄destinatio in mente tantum diuina ponit rationem ordinis electoꝝ ꝛc. Et probatur consequentia. q: predestinatio pars est ꝓuidentie. Manifestat̄ vero ex differētia inter ipsam predestinationem / ꝛ illius executionem: quoniam hec actiue sumpta ponit aliquid i exequēte ipso. s. deo: ꝛ aliq̄d in p̄destinatis. Et declaratur hoc ex differētia simili inter prouidētiam ꝛ gubernationē/ que actiue quidem in gubernante: passiue vero i gubernatis ponit aliquid. 139 Et quoniaꝫ executio p̄destinatiōis aliquo vno proprio caret nomine: 135 idcirco in litera duobus exprimitur dū subditur: q̄ est vocatio/ ꝛ magnificatio ex testimonio apostoli ꝛc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Super articulum.3.

In titulo/reprobare in cōmuni significat repulsionem alicuius tanq̄ indigni: in proposito autem: indignitas ista attenditur respectu vite eterne.
¶In corpore duo facit. Primo respōdet quesito affirmatiue determinādo questionem an est. Secūdo, ibi (sic igitur) determinat questionem quid est. Et quāuis hoc non fuerit directe quesitum: quia tamen propria causa an est: est quid est: vt in .2. poste. dicit merito vtrunq̄ simul determinatur. Quo ad primum est hec conclusio. Deus aliquos reprobat. Probatur ad prouidentiā pertinet permittere aliquem defectum in rebus illi subiectis: ergo ad prouidentiam diuinā pertinet permittere aliquos a vita eterna deficere. ergo aliquos reprobare. Antecedēs patet ex dictis. prima vero consequētia probat. q̄r ad diuinam prouidentiam pertinet ordinare homines i vitam eternā. Secūda aūt q̄r hoc nihil aliud est q̄ reprobare.

141 1.di.40. q.4.art. 1.et.2. Et.3.3. ca.vlti. Et ro.9. lec.2.fi.

¶Circa hanc rationem dubiū occurrit quoniā tota vis ei⁹ non infert intentum. Aut enim intēdit inferre q̄d reprobatio seu permissio defect⁹ a vita eterna recte infertur ex hoc q̄d prouisous est permittere. Aut intēdit q̄d ex hoc recte infertur q̄d pmissio si est pertinet ad prouidentiam. Et si quidem intendit hoc secundum nō respōdet q̄sito: q̄m ex hoc nō habetur q̄ de⁹ aliquos reprobat: sed q̄ si reprobat: reprobare ad ꝓuidētiā suam spectat. Si autem intendit primum tunc ratio nihil valet: imo cōmittitur sophisma cōsequētis. dum arguitur a ꝓuidētia in communi respectu finis in cōmuni ad prouidētiā respectu huius finis in vita eterna. Quāuis enim ad ꝓuidētiam vniuersi exigatur pmissio alicuius defectus ⁊ sic prouidētie i cōmuni nō repugnet permittere aliquos defect⁹: non tamē omnis ꝓuidentia hoc exigit vt patet de prouidentia necessariorum vt sic: ⁊ tamen litera infert/acsi illa ꝓpositio sc3 ad ꝓuidētiā pertinet permittere/esset vniuersalis. Ad hoc breuiter respondet q̄ primus sensus est directe de intentione litere: quoniam sic respondet quesito. Nec oportet propterea sophisma aliquod admittere: nec illa propositione vt simpliciter vniuersali vti: sed vniuersali in materia defectibili ſm se. Itaq̄ sensus est ad prouidentiam rerum ſm se defectibilium a fine spectat permittere ⁊c. ⁊ tūc optime sequitur. ergo prouidentia diuina habet hunc actum. s. permittere aliquos deficere a vita eterna: q̄m creature rationales sunt defectibiles ab hoc fine. Et si queras fundamentum illius premisse: scito q̄ est suauis dispositio rerum prouisarum. ex hoc enim q̄ prouidentia suauiter disponit/defectibilia suis viribus relinquit: ⁊ sic eueniūt defectus.

136

¶Quo ad secundum tria de reprobatione dicit. Primo q̄ est ps prouidentie: ⁊ ꝓbat hoc ex proportionalitate ad predestinationem. Secundo q̄ nō est tantum prescientia. ⁊ ꝓbat hoc ex suo toto. s. ex prouidētia que manifeste addit supra prescientiam. Tertio q̄ includit voluntatem permittendi casum ⁊ puniendi culpam ⁊ ꝓbat hoc rursus ex ꝓportionalitate ad predestinationem in hoc q̄d illa respicit/⁊ id q̄d est presentis seculi et quod futuri ⁊c. Ex his aūt facile colligitur quid est reprobatio: q̄. s. est prescientia cum volūtate permittendi culpam ⁊ dānandi propter culpam.

b 238 117 92 b 138 123 a

89 b

235 b

concipit rationē operis fiēdi. Et sic de⁹ ab eterno preparauit p̄destinādo cōcipiēs rōnē ordinis aliquoꝝ i salutē. ¶Ad 4ᵐ dōm q̄ gratia nō ponit in diffōne p̄destinatiōis quasi aliquid existēs de essentia eius: s3 inquantū p̄destinatio importat respectum ad gratiā. vt cause ad effectum: ⁊ actus ad obiectum. Unde non sequitur q̄d predestinatio sit aliquid temporale.

¶Utrum deus aliquem hominem reprobet. Articu.3.

Ad Tertiū sic procedit. Uidetur q̄ deus nullum hominem reprobet. Nullus enim reprobat quē diligit. Sed de⁹ omnes hoiem diligit, ſm illud sap. Diligis oīa que sunt ⁊ nihil odisti eorū q̄ fecisti. Ergo deus nullū hoiem reprobat. ¶Preterea. Si deus aliquē hominem reprobat: oportet q̄ sic se habeat reprobatio ad reprobatos sicut predestinatio ad predestinatos. S3 predestinatio est causa salutis predestinatoꝝ. Ergo reprobatio erit causa perditionis reproboꝝ. Hoc aūt est falsum. Dicit enī Osee.13. Perditio tua israel ex te est: tantūmodo ex me auxilium tuū. Nō ergo de⁹ aliquē reprobat. ¶Preterea. Nulli debet imputari q̄d vitare non potest. Sed si deus aliquē reprobat: nō pōt vitare q̄n ipse pereat. Dicit enī Eccl.7. Considera opera dei q̄ nemo possit corrigere quē ipse despexerit. Ergo nō esset hoibus imputandū q̄ pereunt. Hoc aūt est falsum. Nō ergo deus aliquem reprobat.

Sed contra Est quod dr̄ mala.1. Jacob dilexi, Esau autem odio habui.

Respondeo Dicendū: q̄ deus aliquos reprobat. Dictum enim est supra q̄ predestinatio est pars prouidētie. Ad prouidentiam autem pertinet permittere aliquē defectum in rebus que prouidentie subdūtur: vt supra dictum est. Unde cum per diuinam prouidētiam homines in vitam eternam ordinent, pertinet etiam ad diuinam prouidentiam vt permittat aliquos ab isto fine deficere. Et hoc dicit reprobare. Sic igit sicut predestinatio est pars prouidentie respectu eoꝝ qui diuinitus ordinātur in eternā salutem: ita reprobatio est pars prouidentie respectu illorum qui ab hoc fine decidunt. Unde reprobatio non nominat prescientiam tantum: sed aliquid addit ſm rationem: sicut ⁊ prouidentia: vt supra dictū est. Sicut enim predestinatio includit volūtatem conferendi gratiam ⁊ gloriam: ita reprobatio includit voluntatem permittēdi aliquem cadere in culpam ⁊ inferendi damnationis penam pro culpa.

Ad primū Ergo dōz: q̄ deus oēs homines diligit: ⁊ etiā omnes creaturas: inquantū omnibus vult aliquod bonum. Non tamē quodcūq̄ bonum vult omnibus. Inquantū igit quibusdam nō vult hoc bonum q̄d est vita eterna: dicit eos habere odio vl reprobare. ¶Ad secundum dicendum: q̄ aliter se habet reprobatio in causando q̄ predestinatio. Nā predestinatio est causa, et eius q̄d expectat in futura vita a predestinatis. s. glorie: ⁊ ei⁹ q̄d percipitur in presenti. s. gratie. Reprobatio vero nō est causa eius q̄d est in presenti. s. culpe: s3 est causa derelictionis a deo. Est tamē causa eius q̄d reddit in futuro. s. pene eterne. Sed culpa prouenit ex lib. arbi. ei⁹: qui reprobatur ⁊ a gratia deseritur. Et ſm hoc verificat dictū prophete. s. perditio tua Israel ex te. ¶Ad tertiū dōm: q̄ reprobatio dei nō subtrahit aliquid de potentia reprobati. Unde cum dr̄ q̄ reprobatus nō pōt gratiam adipisci: nō est hoc intelligendum ſm impossibilitatē absolutā: sed ſm impossibilitatē ꝯditionatā: sicut supra dictū est, q̄ predestinatū necesse est saluari necessitate conditionata: que nō tollit libertatē ar. Unde licet aliquis non possit gratiam adipisci qui reprobatur a deo: tamē q̄ in hoc peccatum vel illud labat ex eius lib. arbi. contingit. Uñ ⁊ merito sibi imputat in culpam.

¶Utrū p̄destinati eligant a deo. Arti.4.

Ad Quartū sic ꝓcedit. Uř q̄ p̄destinati non eligantur a deo. Dicit enī dio.4.ca. de di. no. q̄ sicut sol corporeus nō eligēdo oib⁹ corpib⁹ lumē immittit: ita ⁊ de⁹ suā bonitatē. Sed bonitas dīna cōicat p̄cipue aliquib⁹ ſm participationē gr̄e ⁊ gl̄ie. Ergo de⁹ absq̄ electione gr̄am ⁊ gl̄iam cōicat. Q̄d ad predestinationē pertinet. ¶Preterea. Electio est eoꝝ q̄ sunt. S3 p̄destinatio ab eterno est: etiam eoꝝ q̄ nō sunt. Ergo p̄destinant aliq̄ absq̄ electiōe. ¶Preterea. Electio quādā discretionē importat. S3 deus vult oēs hoies saluos fieri: vt dr̄.1.thim.2. Ergo p̄destinatio q̄ p̄ordinat hoies i salutē est absq̄ electiōe.

Sed contra Est, q̄ dicitur eph.1. Elegit nos i ipo ante mundi constitutionem.

Respondeo Dicendū, q̄ p̄destinatio ſm rōnē presupponit electionē: ⁊ electio dilectionē. Cuius rō est: q̄r p̄destinatio (vt dcm̄ est) est ps prouidētie. Prouidētia aūt sicut ⁊ prudentia est rō in intellectu exn̄s p̄ceptiua ordinatiōis aliquoꝝ i finē: vt supra dcm̄ est. Nō aūt p̄cipit aliq̄d ordinādū in finē nisi p̄exn̄te volūtate finis. Uñ p̄destinatio aliquoꝝ in salutē eternā p̄supponit ſm rōnē q̄ deus illoꝝ velit salutē. Ad q̄d pertinet electio ⁊ dilectio. Dilectio q̄dē inquātū vult eis hoc bonū salutis eterne. Nam diligere est velle alicui bonū: vt supra dcm̄ est. Electio aūt inquātū hoc bonū aliqb⁹ p̄ aliis vult cū quosdā reprobet: vt supra dcm̄ est. Electio tn̄ ⁊ dilectio alr̄ ordinant i nobis ⁊ i deo: eo q̄ i nobis volūtas diligēdo nō causat bonū: sed ex bono p̄exn̄te incitamur ad diligēdū. Et iō eligim⁹ aliquē: quē diligam⁹. Et sic electio dilectionē p̄cedit i nobis. In deo aūt ē ecōuerso. Nā volūtas ei⁹ q̄ vult bonū alicui diligēdo est cā q̄ illud bonū ab eo p̄ aliis habeat. Et sic p3 q̄ dilectio p̄supponit electioni ſm rōnē: ⁊ electio p̄destinationi. Uñ omnes predestinati sunt electi ⁊ dilecti.

¶Super arti. 4.

In titulo electionis vocabulum ꝓ prae sumit: pur sonat actum voluntatis quo optione ꝓposita vnū mauult altero.

141 1.q.14. ar.1.co. Et.1.di. 41.ar. 2.2. Et di.q. 6.art.1. co.2ᵐ Et ro.9. l.2.co.3.

¶In corpore vna est conclusio responsiua affirmatiue. omnes predestinati sunt electi ⁊ dilecti a deo. Probatur. prudentia est ratio in intellectu existens preceptiua ordinationis aliquoꝝ in finē. ergo ꝓuidentia est rō p̄ceptiua ⁊c. ergo p̄destinatio est rō p̄ceptiua ordinis aliquorū in vitā eternam. ergo predestinatio aliquoꝝ presupponit q̄ de⁹ illoꝝ velit salutē. ergo p̄destinatio p̄supponit electionē: ⁊ electio dilectionē. ergo oēs p̄destinati sūt electi ⁊ dilecti a deo. Prima cōsequētia ꝓbat. q̄r sicut est de prudētia ita de ꝓuidētia. Et aduerte q̄ ly sicut/poti⁹ explicat similitudinarie tenet. q̄m ꝓuidētia: vt superi⁹ dictū fuit: principalis prudētie pars est: imo est ipse p̄cipuus act⁹ prudētie polytice. Secūda pō in lr̄a explicite nō h̄r: s3 ob clariorē contextum apposita est et p3 ex eo q̄ predestinatio est ps ꝓuidentie. Tertia āt ꝓbat. q̄r nō

a arg⁹ 118 139 135 a 117 128 141 128

p̄cipit aliq̄d ordinādū in finē nisi p̄exn̄te volūtate finis. Et h̄ intellige de vere interiori p̄cepto: q̄d dico ꝓpter exterius p̄ceptū: q̄d signū diuine volūtatis in .q.19. positū ē illo.n.mō p̄ceptū sumēdo multa deus p̄cipit q̄ nō vult: vt p3 in pctōribus. Quarta aūt ꝓbat. q̄r ad tale velle diuinū ptinet electio ⁊ dilectio. Et q̄m in hac 4ᵃ ꝯña tria inferunt. s. electio ⁊ dilectio ⁊ ordo inter electionē ⁊ dilectionē diuinā. iō singula in lr̄a manifestant. Et primo q̄ ex tali velle sequatur dilectio: q̄r eis vult hoc bonū. diligere. n. est velle illi bonū. Secundo q̄ electio q̄r hoc bonū vult illis pre aliis quos reprobat. Tertio q̄d electio dilectionē presupponit: ⁊ h̄ ex dr̄ia inter ordinē horum actuū in nobis ⁊ in deo: quoniā in deo dilectio electionē precedit: in nobis vero eꝫ. ⁊ ratio est q̄r volūtas sua causat bonitatē rerū: nostra autē a bonitate rerum mouet. ¶Circa differentiaꝫ nūc assignatā/Aduerte q̄d predicta differētia est intelligēda respectu vnius ⁊ eiusdem obiecti: ⁊ rursus de prima rōne electionis. aliter nō appareret vera dr̄ia ista vl̄r intellecta. Cū.n. amor sit primus act⁹ voluntatis: nō possumus eligere nisi pamemus: sed tamē ex amore circūstātiarū eligimus hūc vt ipm amemus: vt p3 i electiōe vxoris: ⁊ sic respectu hui⁹ ⁊ nō simpliciter in nobis electio dilectionē precedit: manifeste q̄q̄ in dilectiōe nr̄a bn̄fica p3: q̄ quāuis bn̄facere p̄cedat electionem eiusdē cui bn̄faciat: dū oēs equo amore ꝯsequimur: fieri tn̄ nō pōt vt effectus in amato ex solo nostro amore ꝓueniens ad electionē eiusdē nos ducat: q̄m stāte paritate amoris seq non pōt electio: disparitas aūt si fiat i amādo ab obiecti circunstantiis magis amatis mouemur ad eligendū hūc pre aliis vt ametur. Et sic dilectio nr̄a nō pōt esse prima electiōis rō respectu eiusdē q̄uis possit esse scd̄aria: vt cū ex amore alicuius eligitur illemet. vt amet ad aliq̄d aliud bonū: vt quotidie fit. In deo aūt oportet dilectionē huius p̄cedere vt primā ⁊ totam cām ex parte amati electionis illius: q̄r electio disparitatem vnius ab altero supponit: ⁊ tota disparitatis rō in creatura est bonū illi a deo volitū: ⁊ sic dilectio electiōis est rō apud deum.

34 128

128

a 120

Titulus in corpore declaratur. ¶Super ar. quintū.

¶In corpe tria facit. primo declarat titulū. 2°. tractat tres opiniones circa q̄situ. 3° r̄ndet q̄sito. Quo ad p̄ᵐ distiguit q̄ p̄destinationē cāri ex p̄scitis meritis pōt itelligi 2r. primo ex pte actus: ⁊ sic nulla est q̄o. 2° ex pte effectus: ⁊ sic vertit in dubiū. Manifestatq̄ hāc distinctionē cū suis mēbris ex diuina volūtate: q̄m ipsa claudit in p̄destinatiōe: eadē siq̄dem distinctione vti op3 cū de cā/quare deus velit aliq̄d q̄d est: vt ex supradictis patet: ⁊ litera est clara.

¶Quo ad 2ᵐ p̄ᵃ opinio est Ori. dicētis preterita an̄ hāc vitā merita aīarū cām esse p̄destinatiōis. Et cōfutat auctē apli. cū nōdū boni aliq̄d egissent ⁊c. Scd̄a est pelagianoꝝ dicētiū q̄ merita p̄existētia in hac vita sūt rō p̄destinatiōis q̄r initiū bn̄faciēdi ex nobis ē. s3 hec cōfutat auctē apli. q̄ nō sumus sufficientes cogitare ⁊c. Constat.n. q̄ cogitatio est primū ex nobis initiū cooperādi bn̄. Tertia opinio est/q̄ merita futura in hac tm̄ vita sunt cā p̄destinatiōis. Et ad hāc opiniōnē reducit opinio retractata ab Aug. s. q̄ fides futura fuit rō p̄destinatiōis Jacob magis q̄ Esau. S3 hāc opinionē ꝯfutat Author in lr̄a sic. Si aliq̄d ex parte nr̄a esset cā predestinatiōis: illud nō clauderet sub p̄destinatiōis effectu: sed totū q̄ inuenitur in bono vsu gr̄e est effectus p̄destinatiōis. ergo nihil q̄d est in bono vsu gr̄e: est cā p̄destinandi. ꝓbat destructio ꝯn̄tis sic. nō est distinctū id q̄ est a cā scd̄a ⁊ a cā prima. ergo nō est distinctū q̄d est ex libero arbitrio et p̄destinatiōe. ergo id q̄ ē ꝑ liberū arbitriū est ex p̄destinatiōe. p̄ᵃ ꝯña nūc facta ꝓbat. q̄r diuina ꝓuidētia ꝓducit effectus ꝑ operatiōes cāꝝ scd̄aꝝ. Circa hāc pte aduerte q̄ henricus de gandauo q̄ᵗᵒ.4.ar.9. ⁊ q̄ᵗᵒ.5.ar.5. t3 opinionē satis ꝓpinquā huic modo confutare/dicēs/q̄d bonus vsus nō gratie vt precedēs dixit opinio: sed liberi arbitrii est causa predestinatiōis. Et quoniā rō facta in litera directe militat cōtra talē opinionē: idcirco conat soluere eā ⁊ ꝓbare suā opinionem. Et suam quidem ꝓbat authoritate Augustini: venit de occultissimis meritis ⁊c. vt habes a magistro.41. distin. deinde ratiōe tripliciter. Tū q̄r electio presupponit disparitatē eligēdi a reprobando. Tū q̄r iustitia semp est comes misericordie: et sic aliq̄ cōgruentiaꝫ ex parte predestinandi op3 inueniri ad misericordē predestinationem. Tum q̄r reprobationis est aliq̄ causa ex parte nostri ergo ⁊ predestinationis. Rōnem aūt p̄sentem arguit negādo q̄ ex indistinctiōe ei⁹ q̄d est ex libero arbitrio ⁊ diuina gratia/sequatur q̄ id q̄d est ex parte liberi arbitrii totalr̄ claudatur sub p̄destinatiōe seu eius effectu quoniaꝫ stat indistinctum esse bonū vsum liberi arbitrii q̄ est a gratia ⁊ libero arbitrio. ⁊ tn̄ ipsum esse quodāmodo a libero arbitrio quo nō est a gr̄a: ⁊ sic eo mō quo est nr̄ ⁊ nō gr̄e pōt esse causa predestinatiōis. Quod aūt bonus vsus liberi arbitrii aliquo mō sit ipsius quo nō est gratie: patet authoritate Aug. sup illud: adiuua nos deus salutaris noster: vbi vult nos cooperari gratie.

142

119

238 368

¶Ad hec: q̄m manifeste eiusdē est difficultatis hec opinio cū recitata in lr̄a breuiter nūc est dōm. Et ad authoritatē Augustini mag r̄ndet dicēs eā retractatā in sili: ⁊ bn̄ dicit: q̄m expresse ipse Aug. hanc retractationuꝫ suaꝝ regulā tradidit vt sn̄ia alicubi retractata vbiq̄ in opibus suis retractata censeat. Ad rōnes aūt dr̄ q̄ electio supponit dilectionē ex qua est disparitas: s3 dilectio nō est extra p̄destinationē: iustitia quoq̄ in primis effectibus nō in ordine ad creaturas ⁊ bonitatē: s3 sapiam diuinā comes est req̄renda. Nec est idē iudiciū de reprobatione ⁊ p̄destinatione: q̄m in reprobatione est aliq̄d extra totū reprobatiōis effectū. s. culpa: nō sic aūt est in predestinato: in quo totū ordinās ipsum in vitā eternā est p̄destinatiōis effectus. Et ex hoc apparet error solonis allate. vl̄.n. q̄ iste idē fecit iudiciū de gr̄a gratū faciente: de qua loquit Aug. ⁊ de qua verificat: q̄ bon⁹ vsus liberi arbitrii aliquo mō est a nobis quo non est a gr̄a. ⁊ de gr̄a p̄destinatiōis, i. gratuita predestinatiōe: cū tn̄ distēt plusq̄ celū ⁊ terra: q̄m sub ista cadunt nō solū actus charitatis: sed omnes eorū modi ⁊ gratuita auxilia. Et breuiter vt in litera dr̄ oē ordinās predestinatū in vitā eternā. Et sic cū bonus vsus liberi arbitrii prout est a nobis sit vnū de his quibus ordinamur in vitā eternā: q̄r ordinamur vt libere cooperando bn̄ illam consequantur. sequit q̄ nō solū ipse bonus vsus lib. arbi. sed ēt modus quo est a nobis cadat sub predestinatione: q̄uis nō cadat sub gratia gratum faciente. Et sic cum in litera dicitur non esse distinctum quod est a libe. arbi. ⁊ predestinatione intelligendum est non solum quo ad ipsum actum: sed etiam quo ad omnem modum eius: ac per hoc de omnimoda distinctione interpretandum est: ⁊ sic sit finis opinionum.

Ad primum Ergo dicendū, q̄d si consideretur cōicatio bonitatis diuine in cōi absq̄ electiōe bonitatē suā cōmunicat: inquātū. s. nihil est quod non participet aliquid de bonitate eius: vt supra dictum est. Sed si consideretur communicatio istius vel illius boni: nō absq̄ electiōe tribuit. q̄r quedam bona dat aliquibus, que nō dat aliis. Et sic i collatione gratie ⁊ gl̄ie attenditur electio. ¶Ad secundū dicendū, q̄ q̄n voluntas eligentis ꝓuocatur ad eligendum a bono in re p̄exn̄te tūc op3 q̄ electio sit eorū que sunt: sicut accidit electiōe nr̄a. S3 i deo ē alr̄: vt dcm̄ est. Et iō sicut dicit aug. Eligunt a deo q̄ n̄ sūt: neq̄ tn̄ errat q̄ eligit. ¶Ad 3ᵐ dōz, q̄ (sicut supra dictū est) deus vult oēs hoies saluos fieri antecedēter:) q̄d nō est simpliciter velle: sed ſm q̄d) non autem consequenter q̄d est simpliciter velle.

¶Utrum prescientia meritorum sit causa predestinationis. Arti.5.

143 1.di.41. ar.3. Et.3.3. ca.vlti. Et di.q. 6.ar.2. et 10.5. l.co.3. et ro.1. l3.co. et.c.8.l. 6.co.4. et.c.9.l. 3.co.2.2. 3. et ephe. 1.lect.1. co.3.2 lec.4. co.2.

Ad Quintū sic ꝓcedit. Uř q̄ p̄scia meritorū sit cā p̄destinationis. Dicit.n. apl's. ro.8. Quos p̄sciuit hos ⁊ predestinauit. Et gloss. ambrosii sup illud ro.9. Miserebor cui miserebor ⁊c. dicit, Misericordiam illi dabo quem prescio toto corde reuersurum ad me. Ergo videtur quod prescientia meritorū sit cā predestinationis. ¶P̄. Predestinatio diuina includit diuinā voluntatē: que irrōnabilis eē nō pōt cū predestinatio sit ꝓpositū miserēdi. vt aug. dicit. S3 nulla alia rō pōt esse predestinatiōis nisi prescia meritorū. Ergo p̄scia meritorū est cā vel rō predestinationis. ¶P̄. Nō est iniquitas apud deū: vt dr̄ ro.9. Iniquū aūt esse videt: vt equalib⁹ inequalia dent. Oēs aūt hoies sunt equales ⁊ ſm naturam ⁊ ſm peccatū originale. Attendit aūt in eis inequalitas ſm merita vel demerita ꝓpriorum actuum. Non igitur inequalia preparat deus hoibus predestinando ⁊ reprobando nisi ꝓpter differentium meritorum prescientiam.

Sed ꝯtra Est, q̄d dicit apostolus ad titū.3. Nō ex opib⁹ iustitie que fe. nos: sed ſm suā misericordiā sal. nos fecit. Sicut aūt saluos nos fecit: ita ⁊ predestinauit nos saluos fieri. Non ergo prescientia meritorū est causa vel ratio predestinationis.

Rn̄deo Dicendū, q̄ cū predestinatio includat voluntatē (vt supra dictū est) sic inquirenda est rō p̄destinationis sicut inquirit rō diuine volūtatis. Dictum est aūt supra: q̄ non est assignare cām diuine voluntatis ex pte actus volendi: sed potest assignari ratio ex parte volitorū: inquātū. s. deus vult esse aliq̄d ꝓp aliud. Nullus ergo fuit ita insane mentis: q̄ diceret merita esse causam diuine p̄destinationis ex parte actus predestinātis. Sed hoc sub q̄ōne vertitur. vtrū ex parte effectus p̄destinatio habeat aliquā cām. Et hoc est querere vtrum deus preordinauerit se daturū effectū predestinationis alicui ꝓpter merita aliqua. Fuerunt igitur quidā q̄ dixerunt q̄ effectus predestinationis preordinatur alicui propter merita preexistētia in alia vita. Et hec fuit positio orige. Qui posuit aīas humanas ab initio creatas: ⁊ scd̄3 diuersitatem suorū operum diuersos stat⁹ eas sortiri in hoc mundo corporibus vnitas. Sed hanc opinionē excludit apostol⁹ ro.9. dicens, Cū nondum nati fuissent: aut aliquid egissent boni vel mali: non ex operibus, sed ex vocante dictū est: q̄r maior seruiet minori. Fuerūt ergo alii qui dixerūt q̄ merita preexistentia in hac vita sunt ratio ⁊ cā effectus p̄destinationis. Posuerūt enim pelagiani q̄ initiū bn̄faciendi sit ex nobis: cōsūmatio aūt a deo. Et sic ex hoc cōtingit q̄ alicui dat p̄destinationis effectus, ⁊ non alteri: quia vnus initium dedit se preparādo ⁊ non alius. Sed contra hoc est, q̄ dicit apostolus.2.cor.3. q̄ non sumus sufficiētes cogitare aliq̄d a nobis quasi ex nobis. Nullū aūt anterius p̄ncipiū inueniri pōt q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

❡Quo ad 3ᵐ respōdet quesito cū distinctione tribus cōclusionibus.Distinctio est.effectus predestinatiōis pōt sumi duplr.s.in cōi vel in particulari.Et nō intēdit de cōitate ⁊ singularitate ſm predicationē:sed ſm totalitatē ⁊ partitionē:ita ꝙ p cōe intēdit predestinationis totū effectum:siue in oibus siue in aliquo vno predestinato:per pticulare vero intēdit ptem aliquā toti⁹ effect⁹ predestinatiōis in aliquo vno predestinato pticulari:siue etiā in oibus in cōi.hoc em̄ nihil refert ad ppositū.Pria ergo cōclusio est.effectus pticulares predestinatiōis nihil p̄hibet hr̄e cām.sic qð alter alteri⁹ sit causa.⁊ ecōuerso.Declarat.qꝛ posterior est finis prioris:⁊ prior velut materia posterioris:vt meritū premij ⁊c. Scda vo ꝯclo est:totus effectus p̄destinationis nullā hꝫ causam ex parte nostra.Probat qꝛ totū in nobis nos ordinans in vitā eternā est p̄destinationis effect⁹:qꝛ et ipsa p̄paratio:iuxta illud / Conuerte nos domine ad te ⁊ cōuertemur.Tertia aūt cōclusio est:tot⁹ effect⁹ predestinatiōis hꝫ p causa diuinā bonitatem.Probat.qꝛ ipsa ē ⁊ vltimus illi⁹ finis.⁊ eiusdē pria rō tanꝗ
b
119
137
138
122
primū mouens volūtatem diuinā ad predestinandum.
❡Rñsio ad tertium:qm̄ multa continet ⁊ singula fere vba impugnata sunt ab hērico ⁊ aureolo:distincte tractāda / ac examināda est.Tria igitur in hac respōsione facit.Primo cām reprobationis ⁊ predestinationis in cōi assignat.Scdo cām earundē in singulari ibi(Sed quare hos elegit) Tertio directe respondet argumento:ibi(Neqꝫ tamen ⁊c.)

cogitatio.Unde nō potest dici ꝙ aliquod in nobis initium existat qð sit ratio effect⁹ predestinationis.Unde fuerunt alij q̄ dixerūt ꝙ merita sequentia predestinatiōis effectū sunt ratio predestinationis:vt intelligatur ꝙ ideo deus dat gratiam alicui,⁊ preordinauit se ei daturū:quia presciuit eum bene vsurum gratia. Sicut si rex det alicui militi equū quem scit eo bene vsurum.Sed isti videntur distinxisse inter id qð est ex gratia:⁊ id qð est ex lib.arb.quasi nō possit esse idē ex vtroqꝫ.Manifestū est aūt ꝙ id qð est gratie est predestinationis effectus.Et hoc nō pōt poni vt ratio predestinationis.cū hoc sub predestinatione cōcludatur.Si igitur aliquid aliud ex parte nostra sit ratio predestinationis:hoc erit preter effectum predestinatiōis.Non est aūt distinctum qð est ex lib.arb.⁊ ex predestinatione:sicut nec est distinctum qð est ex causa scda ⁊ causa prima.Diuina em̄ ꝓuidentia ꝑducit effectus per operationes causarum scdarū:vt supra dictum est^c.Unde ⁊ id qð est per lib.arbi.est ex predestinatione.Dōm est ergo ꝙ effectū predestinationis cōsiderare possumus dupliciter.Uno modo in particulari.⁊ sic nihil prohibet aliquem effectum predestinatiōis esse causam ⁊ rationem alterius.Posteriorem quidem prioris ſm rationē cause finalis:priorem vero posterioris ſm rōnem cause meritorie.Que reducit ad dispositionem materie.Sicut si dicamus ꝙ deus preordinauit se daturū alicui gloriā ex meritis:⁊ ꝙ preordinauit se daturū alicui gratiā,vt mereret gl'iaꝫ.Alio mō pōt ꝯsiderari p̄destina-

❡Quo ad pᵐ intēdit hāc ꝯclonē.De⁹ hoies quosdā reprobat:⁊ quosdā p̄destinat/vt bonitas sua representet/⁊ p modū misericordie parcitiue/⁊ p modū iustitie punitiue.Probatqꝫ hāc duplr.p° rōne.2° auc̄te apl'i ad Ro.9.⁊ ad Timo.2.Rō sumit ex ꝓportiōali siītudine vniuersi ⁊ gñis humani in ordine ad vitā eternā:⁊ ꝯsistit i hoc/ꝙ queādmodū bonitas diuina ē cā finalis pfectiōis vniuersi.sic ex ea hr̄ rō diuersitatis graduū rex̄ ꝑꝫ summū ⁊ infimū/⁊ pmissiōis maloꝝ.Ita ex eadē hr̄ rō diuersoꝝ graduum in gñe humano ſm misericordiā parcēdo/⁊ ſm iustitiā puniendo:⁊ declarat assumptū:qꝛ bonitas diuina est finis oim vt representabilis per ea:⁊ cum sit vna ⁊ simplex nec aliq̄ creatura ad ei⁹ simplicitatē ptingere possit/opꝫ vt diuersis reb⁹ repn̄tet:⁊ ꝯñr si vniuersū pfecte infra latitudinē tm̄ creature dꝫ illā repn̄tare/opꝫ ex oibus ꝯstare gradibus ab imo vsqꝫ ad summū:⁊ si hec debēt ꝯseruari/mlta oꝫ mala pmittere:vt supi⁹ declaratū fuit.

❡Circa hāc rōnē.4.occurrūt impugnata.Primū est ꝓportio inter genus humanū ⁊ vniuersuꝫ,arguit.n.hoc henricus dicēs debuisse fieri ꝓportionē inter vniuersam creaturā rōnalē ⁊ vniuersuꝫ.saluat nāqꝫ representatio diuine bonitatis i iustitia punitiua respectu demonū:⁊ sic rō in hoib⁹ nihil valet.Scdm est ꝓportio inter gradus vniuersi ⁊ gradus hoim:non est inq̄t henricus par de eis rō:qm̄ oēs spēs vniuersi sunt de pfectiōe p se vniuersi.nō aūt oēs spēs actuū moraliū.qð pbat.qꝛ null⁹ defectus siue culpe siue pene pertinet ad per se perfectionē vniuersi.Cōstat aūt multos act⁹ morales vt mendacium furtum/⁊ his similia mali culpe esse species.

❡Tertium est applicatio iustitie ad reprobos.Saluatur enim iustitia inquit Aureolus in predestinatis.iuxta illud apostoli:quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.

❡Quartum est causalitas finalis attributa iustitie punitiue respectu reprobatiōis in cōi.ꝯ hoc em̄ arguit vterqꝫ Henric⁹ q̄dē:qꝛ nō vr̄ rōnabile vt de⁹ fieri pctā pmittat vt ea postmodū puniat:imo in hoib⁹ videm⁹ ꝙ q̄ pmittit aliquē peccare si posset eū ꝓhibere vel impedire peccat:nō igit hoc attribuēdū est deo.Et ꝯfirmat hoc Aureol⁹:qꝛ nō sunt faciēda mala vt veniāt bona:ꝫ reprobatio absqꝫ oi demerito est mala:ḡ nō est adeo faciēda pp hoc solū vt appareat in sua iustita bonitas.Preterea inq̄t Aureo.iustitia punitiua nō ē p se intēta:ꝫ tm̄ ex suppōne culpe punibilis:ḡ ipsa nō est p̄ncipalis cā reprobatiōis:ꝫ pctm̄ pri⁹ ipsa:⁊ rursus.ḡ nulla necessitas ē vt aliq̄d fiat i vniuerso/ad hoc vt iustitia punitiua elucescat.

❡Ad pᵐ hoꝝ dōm ē:ꝙ lꝫ potuisset tota creatura rōnalis poni vt vniuersum:rōnabiliter tm̄ author genus humanū posuit:nō qꝛ duo vniuersa cōstituāt hoies ⁊ angeli:sed qm̄ de facto cōstat quosdam hoim reprobari ⁊ quosdam predestinari:tāqꝫ ipsum genus humanū cuiusdam vniuersi ex tot gradibus cōstātis rōnem habeat:⁊ ꝙ hic sit mens litere insinuāt illa vba.Si igitur cōsideremus totū genus humanū vt totā rerū vniuersitate:ex nota siquidē cōditionali innuit ꝙ nō tā ex vi rōnis/ꝗꝫ ex facto proportionalitatem hāc exercebat.❡Ad 2ᵐ dꝛ ꝙ arguēs forte sōniās hoc obiecit huic litere:nusqꝫ em̄ reperitur talis ꝓportio facta.❡Ad 3ᵐ vo dꝛ dupliciter. c 312
Primo ꝙ nō ex relucentia iustitie:sed iustitie talis reprobationē litera infert:talis aūt nō saluatur in predestinatis.Scdo dꝛ ꝙ etiam ex rōne iustitie potest iferri reprobatio:qm̄ iustitia proprie dicit opus/in quo marie ipsa relucet ⁊ minus misericordia:sicut econuerso misericordia absolute dicit vbi q̄si totū ipsius est paruū relinquēs locū iustitie:⁊ sic lꝫ in predestinatis aliq̄d iustitie saluetur:vt abūdātia tamen eius relūceat reprobatio fit. o p
❡Ad quartū vt bene intelligatur respōsio ⁊ sancti Tho.doctrina:prelibare opꝫ ꝙ in reprobatiōe sūt tria.permissio peccati:ipꝫ peccatū:⁊ eterna punitio:nec hec tria sūt effect⁹ reprobationis diuine:queādmodū omne ordinans in vitam eternā erat effectus predestinatiōis:propter qð nō possumus hic recte dicere totum effectū reprobationis vel parte vt distinximus de effectu predestinationis:sed debemus cautius loquendo dicere:totū quod est in reprobatione vel id quod est in ea ex virtute reprobantis. 249 250 138 b 136
Et tunc scito ꝙ apud diuū Thomā:vt pꝫ super.9.capitulo epistole ad Roma.diuersa est snia de cā predestinatiōis ⁊ reprobatiōis:qm̄ vltimus effectus reprobationis.s.punitio habet cām ex parte reprobati.s.culpā:cuius nullo mō deus est actor:predestinatiōis aūt vltimi effectus.s.beatitudinis/licet sit aliqua cā in nobis.s.meritū:id tamen totū est a predestinante.Et sic si de effectu toto vtriusqꝫ.s.reprobationis ⁊ predestinationis est sermo:nulla de pctō qō inferi debet:ꝫ de his tm̄ que a reprobante ⁊ predestinante sunt:que bona opꝫ esse:⁊ de his dꝛ ꝙ diuina bonitas eoꝝ cā est.Si aūt est sermo de toto eo qð in reprobo inuenit:sic aliq̄d est a deo atqꝫ diuina bonitate:aliq̄d vero nec a deo nec ꝑpter diuinam bonitatē:imo auersio est ab illa:vt pꝫ de pctō mortali.Et ideo licet prescientia meritoꝝ non concedat causa predestinatiōis:prescientia tm̄ demeritoꝝ causa quodā spāli mō est reprobatiōis:qꝛ ꝑpter demerita prescita nec a se preparata statuit deus a se quosdā perpetuo puniendos:vt sua bonitas etiā in tali iustitia participet.Atqꝫ sic modi illā participandi a sua sapiētia statuti impleant.Cum igit relucentia diuine bonitatis in iustitia punitiua finis ⁊ rō reprobationis in litera dꝛ:referendum est ad ipsos effect⁹ reprobationis.s.permissionē pctōꝝ:⁊ penas culpe p̄paratas vel redditas:⁊ nō quo ad pctm̄.Non em̄ finis eius est bonū aliqð:vt ex supradictis pꝫ.Nec ad ipsos effectus sic referendū est.vt alie cāe singuloꝝ excludant:vt aduersarij intellexisse vident.Et ideo decepti sunt:qm̄ vt in lr̄a expresse ⁊ permissiōis maloꝝ:cōseruatio diuersoꝝ est cā.Et ad mala culpe applicādo:suauis dispō creaturaꝝ rōnaliū ⁊ hoiuꝫ/manifeste est cā pmissionis peccatoꝝ:dū hoies quidā relinquunt in manu ꝑprij cōsilij:punitionis quoqꝫ culpa q̄ nullo mō est a deo est cā demeritoria.Un̄ oia argumēta tā Henrici ꝗꝫ Aureoli a falsa interpretatione hui⁹ litere procedunt:dum relucentiā diuine iustitie finem reprobationis effectuum excludendo alias causas:⁊ precipue culpam/intellexerūt a.S.T.poni:cuius oppositū iā manifestauim⁹.Sigillatim igit rn̄dendo ad pᵐ dꝛ ꝙ alius est ordo inter effect⁹ p̄destinatiōis ⁊ effectus reprobatiōis.non em̄ posterior est finis prioris:queādmodū ibi p̄miū est finis meriti.nō em̄ dicimus ꝙ iō de⁹ pmittit pctā vt puniat:sed dicimus ꝙ pmittit ⁊ punit pp relucētiā iustitie sue:⁊ qꝛ hoc est tot⁹ reprobatiōis effect⁹,idcirco reprobatiōis rō diuina iustitia merito dꝛ.Nec est verꝫ ꝙ quicūqꝫ potens impedire pctm̄ alterius peccat si permittit.hoc.n.nō hꝫ locū nisi in eo q̄ tenet ad ipediendū:vt in regimine ēt humano experiētia docet:multa.n.suauitas regiminis deperiret si permissio nō esset licita.Ad cōfirmationem vero Aureo.dꝛ:ꝙ reprobatio quo ad vltimū effectū.i.punitionē/dato quod esset mala sine omni demerito:quo ad primū tm̄.s.permissionē demeriti:etiam si nulla subesset causa nisi relucētia iustitie diuine mala nō est:qm̄ permissio ipsa nihil adimit cadenti de his que sibi debentur:sed tantum gratuitum negat amorem dei ad tenēdū ne cadat.Unde cum permissio ſm se non sit mala:⁊ relucentia diuine bonitatis in iustitia punitiua sit magnū bonum:si ad nihil aliud permissio ordinaret adhuc bona esset.Negandum est ergo ⁊ ꝙ reprobatio quo ad primum eius effectum seclusa omni alia causa esset mala:⁊ ꝙ reprobatio quo ad oēs eius effectus ponat a nobis sine omni alia causa:vt iam patet ex dictis.Ad vltimum dicitur negādo assumptum.s.iustitia punitiua non est per se intenta.non enim vno modo dicitur p se intentum aliquid.est enim per se primo intētum:⁊ aliquid p se non primo.id enim est per se primo intentum:quod bonum cū sit in se intentionem omniū ad ipsuꝫ/quomodolibet facientiū adequat.i.ꝙ tā ipsuꝫ ꝗꝫ omnia ad ipsum quomodolibet cōcurrentia intenduntur ab eo respectu cuius est per se primo intētum.Id autem dicitur per se non primo intentum:quod in se quidem bonū est/ac intentum:sed ex aliq̄ nullo modo intento occasionatur:⁊ de horum numero est iustitia punitiua que ex peccatis puniendis occasionē habet.Qð autem huiusmodi pfectiones malum culpe presupponentes p se intente sint ⁊ dicēde sint.relucentia diuine bonitatis i passione christi testatur.cōstat enim eam per se intētam esse a deo dum per ipsam intenta fuerit tota latitudo felicitatis oium pure hoium predestinatorū:⁊ gloria sui corporis cum ceteris:que sibi ⁊ alijs meruit:⁊ tamen ex malo culpe occidentium ipsum occasionari oportuit.Unde neutra ꝯña aliquid valet:⁊ de prima quidem satis pꝫ.De scda quoqꝫ sollicitari nō oportet:qm̄ manifeste liquet ꝙ propter hec bona ex malo culpe occasionata multa in vniuerso rationabiliter fieri expedit:vt patet in exemplis adductis.

❡Quo ad 2ᵐ intendit hanc cōclusionē cā quare deus istos predestinat illos reprobat.est sola dei voluntas.Et probat eā authoritate Aug.atqꝫ proportionali similitudine ad partes ac situs materie tam in naturalibus ꝗꝫ artificialibus:vt clare patet in litera.

❡Circa hanc partem tria occurrunt impugnata:primū est ipsa cōclusio.2ᵐ est exemplum naturale 3ᵐ exemplum artificiale.Contra exemplum quidem vtrunqꝫ obijcit henricus.primo qꝛ in partibus materie siue arti siue actori nature subiectis.equa est ratio.in hoibus autem istis ⁊ illis est dispar ratio,aliter disposito hoc ꝗꝫ illo.Aureolus deinde qꝛ hmōi partes materie carent sensu:ac experiētia boni ⁊ mali:hoies aūt isti ⁊ illi experiunt ⁊ bona ⁊ mala pene.⁊ ppea nō est par rō:qm̄ in exēplis sola volūtas sufficit:qꝛ nulli fit iniuria.in ꝓposito aūt nō sufficit:qꝛ fit iniuria patiētibus ⁊ afflictis.Cōtra cōclusionem quāuis arguat Aureolus ac henricus:qꝛ tm̄ nō alia tāgitur difficultas ꝗꝫ dudū discussa ac manifestata:pertransire expedit.Non enim hec conclusio aliud intendit nisi ꝙ stātibus supradictis.s.causis reprobationis ⁊ p̄destinationis in cōi.nulla est cā quare ille cāe cū suis effectibus magis applicent ad hūc hoiem ꝗꝫ ad illū nisi diuina volūtas:quare.n.hūc pmittat cadere:illū vero teneat ne cadat:ex sola ei⁹ volūtate depēdet:quare vero hūc puniat nō ex sola dei voluntate dependet:sed ex demerito huius:vt diximus de punitiōe reprobatorū in communi.Unde concludendo quare in hoc reprobationis effectus primus ⁊ non in illo.sola dei voluntas est causa.Non em̄ ex diuina bonitate:aut ex inequali dispositione(quoniam nulla est ante primū effectum:vt in corpore articuli probatum fuit cōtra Henrici positionem)ratio habetur:quare in hoc magis ꝗꝫ in illo hic ponatur effectus.Et his autem patet primo solutio obiectionum Aureoli:quoniaꝫ impugnat quod nunquam somniauimus.s.ꝙ deus ꝓ libito voluntatis sue magis hunc ꝗꝫ illum punit ⁊ affligit:putās hoc intendisse literā hāc ⁊ exempla adducta:cum tamen ad primos effectus.s.pmissionem ⁊ dilectiones omnia respiciāt.Patet quoqꝫ respōsio ad Henricum:quoniam ante primos effectus predictos eq̄ sunt dispositi isti ⁊ illi:sicut partes materie prime ⁊ lapides respectu domus ⁊c.

144 1.d.40. q.3.arti. vnico. et.5.q̄l. q.1.ā.2. et.xj.q̄l. ar.3. et.12.q̄l. ar.3. Et q̄d'l.q. 6.arti.3. ⁊.5. et ad hebre.127 4.co.4. fi.

❡Quo ad tertiuꝫ respōdetur argumēto:non esse iniquitatis equalibus inequalia preparare in gratuitis:sed in debitis.Et confirmatur authoritate patrisfamilias Matth.20.Aduerte hic ꝙ tam Henricus ꝗꝫ Aureolus hūc passum reprehendere conātur:qꝛ reprobatio nō est de numero gratuitorum:punire em̄ nō est gratie sed iustitie:in iustis autem locum non hꝫ verbum patrisfamilias. 139
Sed ad hoc facillima est responsio.reprobatio enim vt iam dictum fuit:quo ad vltimum effectum.i.punitē iustitie actum exercet:in qua vt expresse litera dicit:non lꝫ vnicuiqꝫ facere qð vult. a b c 133 92 122
Quo ad primum autem effectū.i.permissionem peccati ⁊c.negationē actus misericordie seu gratie exercet:⁊ qꝛ non solū gratuitum est dare maiorem vel minorem gratiam:sed simpliciter dare et non dare illam infra latitudinem gratuitorum comprehenduntur:idcirco reprobare et predestinare inter gratuita merito connumerantur:ꝗꝫuis diuersimode:vt patet ex dictis:et propterea optime ad ea sententia patrisfamilias est applicata.

tionis effect⁹ in cōi.Et sic impoſſe est ꝙ totus predestinationis effectus in cōmuni habeat aliquā causam ex parte nostra.Quia quicquid est in homine ordinās ipsum in salutem cōprehēditur totum sub effectu predestinationis:etiam ipsa preparatio ad gratiam.Neqꝫ em̄ hoc fit nisi per auxilium diuinum^c:ſm illud tre.vlt.Conuerte nos dñe ad te ⁊ conuer.Habet tamē hoc modo predestinatio ex parte effectus pro rōne diuinam volūtatem:ad quā totus effectus predestinatiōis ordinat vt in finē ⁊ ex qua ꝓcedit sicut ex principio primo mouente.

Ad primū Ergo dōm,ꝙ vsus gratie prescitus nō est ratio collationis gratie,nisi ſm rōnem cāe finalis:vt dictū est^c.❡Ad scdm dōm,ꝙ predestinatio hꝫ rōnem ex pte effectus in cōi ipsam diuinam bonitatē.In particulari aūt vnus effectus est ratio alteri⁹,vt dictū est^c.

❡Ad tertiū dōm,ꝙ ex ipsa bonitate diuina ratio sumi pōt predestinatiōis aliquoꝝ,⁊ reprobatiōis alioꝝ.Sic em̄ de⁹ dꝛ oia pp suā bonitatē fecisse:vt in rebus diuina bonitas representetur.Necesse est aūt ꝙ diuina bonitas(q̄ in se est vna ⁊ simplex)multiformiter representet in reb⁹^c ꝑpter hoc qð res create ad simplicitatē diuinā attingere nō possunt.Et inde est ꝙ ad completionē vniuersi requirunt diuersi gradus rerū:quarū quedā altū,⁊ quedā infimum locū teneant in vniuerso.Et vt multiformitas graduum cōseruetur in rebus,deus permittit aliqua mala fieri ne multa bona impediantur:vt supra dictum est^c.Sic igitur consideremus totum genus humanum:sicut totam rerum vniuersitatem.Uoluit igitur deus in hominibus quātum ad aliquos quos predestinat suam representare bonitatem per modū misericordie parcendo:⁊ quātum ad aliq̄s quos reprobat per modum iustitie puniendo.Et hec est ratio quare deus quosdā eligit et quosdam reprobat.Et hanc causam assignat Apost.ad Rom.9.dicens,Uolens deus ostendere iram.i.vindictam iustitie,⁊ notam facere potētiam suam,sustinuit.i.pmisit in multa patientia vasa ire apta in interitum vt ostenderet diuitias glorie sue in vasa misericordie que preparauit in gloriā.Et.2.timo.2.dicit,In magna domo nō solum sunt vasa aurea ⁊ argentea:sed etiam lignea ⁊ fictilia.Et quedam quidē in honorem:quedam in contumeliam.Sed quare hos elegit in gloriam,⁊ illos reprobauit:nō habet rationem nisi diuinā volūtatem.Unde Augustinus dicit sup Joañē,Quare hunc trahat ⁊ illū nō trahat:noli velle dijudicare si nō vis errare.Sicut etiam in rebus naturalibus potest assignari ratio(cū prima materia tota sit in se vniformis)quare vna ps ei⁹ est sub forma ignis,⁊ alia sub forma terre a deo in principio condita:vt sic sit diuersitas specierum in rebus naturalibus.Sed quare hec pars materie est sub ista forma,⁊ illa sub alia dependet ex simplici diuina voluntate,sicut ex simplici volūtate artificis depēdet ꝙ ille lapis est in ista pte parietis:⁊ ille in alia:ꝗuis ratio artis habeat ꝙ aliqui sint in hac,⁊ aliqui sint in illa.Neqꝫ tamen propter hoc est iniquitas apud deum:si inequalia nō inequalibus preparat.Hoc enim esset contra iustitie rationem:si predestinationis effectus ex debito redderetur:⁊ nō daretur ex gratia.In his enim que ex gratia dantur potest aliquis pro libito suo dare cui vult plus vel minus(dūmodo nulli subtrahat debitum)absqꝫ preiudicio iustitie.Et hoc est quod dicit paterfamilias Matth.xx.ca.Tolle qð tuū est ⁊ vade.An non licet mihi quod volo facere?

❡Utrū predestinatio sit certa. Arti.6.

AD Sextū sic ꝓcedit.Ur,ꝙ predestinatio nō sit certa.Quia sup illud apoc.3.ca.Tene qð habes ne alius accipiat coronam.t.dicit augu.qð alius nō est accepturus nisi iste ꝑdiderit.Potest ergo ⁊ acquiri ⁊ perdi corona que est predestinationis effectus.Non est igitur predestinatio certa.❡P̄.Posito possibili nullum sequitur impossibile.Possibile est aūt aliquē predestinatū(vt Petrū)peccare,⁊ tunc occidi.Hoc autē posito sequitur predestinationis effectū frustrari.Hoc igitur non est impossibile.Nō ergo est p̄destinatio certa.❡P̄.Quicquid deus potuit potest.Sed potuit nō predestinare quē predestinauit.Ergo nūc potest nō p̄destinare.Ergo predestinatio nō est certa.

Sed ꝯtra Est,ꝙ super illud Ro.8.Quos presciuit hos ⁊ p̄destinauit ⁊c.dicit glo.Predestinatio est presciētia ⁊ preparatio beneficioꝝ dei,qua certissime liberantur quicunqꝫ liberātur.

Rñdeo Dicendū,qð predestinatio certissime ⁊ infallibiliter cōsequitur suum effectuꝫ:nec tamen imponit necessitatē:vt.s.effectus eius ex necessitate ꝓueniat.Dictū est enim supra^c:ꝙ predestinatio est pars ꝓuidentie.Sed non omnia que ꝓuidentie subduntur necessaria sunt:sed quedā cōtingēter eueniunt ſm cōditionem causarū proximarū:quas ad tales effectus diuina prouidentia ordinauit.Et tm̄ prouidentie ordo est infallibilis:vt supra ostensum est^c.Sic igitur ⁊ ordo predestinationis est certus:⁊ tm̄ libertas arbitrij non tollitur:ex qua contingenter prouenit predestinationis effectus.❡Ad hoc etiā consideranda sunt:que supra dicta sunt^c de diuina scientia et de diuina voluntate:que contingentiam a rebus non tollunt:licet certissima et infallibilia sint.

Ad primū Ergo dicendum,quod corona dicitur esse ali-

❡Super articulum sextum.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ in aia est sicut materiale ipsa simplex essentia: formale aūt in ipsa est esse participatū: qd q̄dem ex necessitate simul est cū essentia aie: q: esse per se cōsequit ad formā. Et eadē ratio esset si poneret composita ex quadā mā spūali: vt q̄dam dicūt: q: illa materia non est in poª ad aliā formā: sicut nec mā celestis corporis. Alioq̄n aia esset corruptibilis. Unde nullo mō aia pōt fieri ex mā p̄iacente. ¶Ad scdm dōm, ꝙ actū extrahi de potētia materie nihil aliud est q̄ aliquid fieri actu qd prius erat in poª. Sed q: aia rōnalis non hz esse suū dependens a mā corporali: sed hz esse subsistens: ⁊ excedit capacitatez mãe corporalis: vt supra dictū est: ppea non educit de potētia mãe. ¶Ad tertiū dicendum, ꝙ non est simile de aia rationali et de alijs formis: vt dictum est.

¶Utrum anima rationalis sit producta a deo immediate. Arti. 3.

Ad tertiū Sic ꝓcedi tur. Uidet ꝙ aia rōnalis nō sit producta a deo immediate: sed mediantibus angelis. Maior enim ordo est in spūalibus q̄ in corpalibus. Sed corpora inferiora ꝓducunt p corpa supiora: vt Dio. dicit. 4. c. de di. no. Ergo ⁊ iferiores spirit⁹ q̄ sunt aie rōnales ꝓducunt p spūs superiores: q̄ sunt angeli. ¶Pꝫ. Finis rerū rn̄det principio. Deus eñi est principiū ⁊ finis rerū. Ergo ⁊ exitus rerū a principio rn̄det reductioni rerū in finē. Sz infima reducunt p prima: vt Dio. dicit. Ergo ⁊ infima ꝓcedūt in esse per prima. s. aie per angelos. ¶Pꝫ. Per-

sit eius qd ꝓprie fit: vt cōtingit in productione aie rōnalis. Unde subtilissime, diuus Tho. cum ꝓbasset ꝙ aia rōnalis ꝓprie fit: subdidit, qd nō ex materia corporali neqꝫ spirituali: q̄ scz sit aliqd sui: sicut materia est aliqd: q: est ps eius qd fit ex ea. Et super hoc fundant reliq ꝯñe: ꝙ eēt corporee nature. Et hoc bene nota: qm̄ est peripatetica doctrina: p̄cipuūqꝫ Aristo. fundamentum. 241
¶In rn̄sione ad secūdū nota: secretum aliud pipateticū: q̄d s. est formā educi de potētia materie. formā esse in potentia materie est esse in ea vt causa nō actiua / sed materiali: esse autē in aliquo vt causa māli est habere esse depēdēs ab ea: cum ois effectus a sua dependeat cā i suo genere cāe: ⁊ haber eē cōfusuz. i. indistincte in ea. Non eñi in potētia materie distinctū esse hz forma aq aut ignis: sed vnum est eorū oium esse vt in ea sunt. Et merito q: actus est distinguere: esse aūt in potentia materie distinguitur cōtra esse in actu habente ergo materia in se formā scdm esse potentiale: nihil aliud est educi formā de eius potētia: q̄ materiam trāsmutari transmutatione sufficiēte: ita ꝙ ex vi trāsmutationis materie forma resultet: ex quo eñi erat in ea ꝓm esse cōfusuz: ipsa transmutatio continue appropriat ⁊ distinguit ipsam materiam ad esse illius distinctum: qm̄ continue aliter / ⁊ aliter se habet ꝓm illud p ipsam mutationez formaliter. Et sic cōpleta transmutatione q̄ precedens compositum transmutat in aliud cōpositū resultat forma. Unde per oppositū cū fit homo: qm̄ ex vi trāsmutationis: qua precedens compositum mutatur in hominem: nunq̄ resultaret anima rationalis. Quoniam causalitas materie nō se extendit ad intellectus opera. Ideo nō educitur de potentia materie. Educi ergo formā de potentia materie / est ipsam ex vi trāsmutationis resultare in ea ⁊c.
241 365 17 367 363 0 453 Locis supra articu. 2 notatis.

¶Super articulum tertium.
Titulus clarus. ¶In corpore duo. Primo respondet quesito. Secundo soluit obiecta.
¶Quo ad primū simul refert opinionē contrariā: ⁊ impu-

a gnādo illam infert ꝯclusionē intentaꝫ.
242 Opinio opposita ē ꝓs affirmatiua.s.aia sit a deo mediātib⁹ angelis.Cōclusio iꝫ tēta est eius ꝯdictoria.Aia fit a deo immediate.Rō pro hac:ꝛ cōtra illam est ista. Aia fit non per trāſmutationē ſꝫ ꝑ creationem.ergo a deo immediate.Añs pꝫ ex ꝓcedēti articulo.ꝯñtia ꝓbatꝭ.ex dria
452 inter primū agēs et alia agētia:qꝛ illius tm̄ ē creare:ꝛ hoꝝ ē trāſmutarꝭ tm̄.Que dria ꝓbatur sic.oē agens ſm ꝓſupponit aliqd a pmo agē
238 te.ergo agit ex aliq̄
335 ꝓſupposito.ꝯ agit transmutādo.ergo solius pmi agentis est agere nullo ꝓſupposito.ergo creare:
454 omnia sunt superi⁹ in.q.44.discussa.
infra.q.118.ā.3. Et.3.q.6.ar.3.ꝛ 4. ¶Quo ad ſm clara omnia in litera.
¶Super arti.4.

Titul⁹ clar⁹. ¶In corpe q̄tuor. Prio refert opinionē origenis.Secundo augu.Tertio examinat illaꝫ.Quarto respondet quesito.
Et.3.di.17.q.2.ar.2. Et.2.ꝯ.c.81. Et po.q.3.arti.10. Et op.30.le.4. q.65 q.67 q.70.
¶Quo ad primum apud originem oēs anime ante corpora ꝛc.ſꝫ superi⁹ discussum est hoc.
¶Quo ad ſm apō augu.tria.Primo cōclusio/aia pmi hominis ante corpus est ꝓducta.Scōo ratio eius:qꝛ corpus causaliter pmis diebus/anima vero in seipa producta fuit cuꝫ non possit dici/ꝙ fuit in causis suis producta:quia sol⁹ deus est eius causa.
582 Tertio modus opinandi.s.ꝙ nō assertiue hec dixit:vt patet ex verbis eius.
¶Quo ad tertium examinatur hec ꝓpositio scōm duas vias.s.dicentiū animā per se speciē vt platonici ꝛ partem speciei vt peripatetici.Apō pmos potest sustineri:apud
250 secūdos ē ipoſe:qꝛ
368 anima est cōdita in statu ꝑfecto.ꝯ ꝯiuncta corpori.tenet sequela:quia pars nō est ꝑfecta nisi i toto.
¶Quo ad q̄rtū cōclusio rñſiua ē.aia ē sil'ꝓducta cū corpe.Prob' ſꝫ vtrāq̄ viā s.augu.ꝛ aliorū sanctoꝝ de operib⁹ sex dierū.Augustini q̄

fectum est qō pōt sibi simile facere[c]:vt dicit in.4.meta.Sed spūales sub̄e sunt multo magis perfecte q̄ꝫ corporales.Cum ergo corpora faciant sibi silia ſm spēm:multo magis angeli poterunt facere aliquid infra se ſm speciem nature.s.animam rationalem.

Sed cōtra Est ꝙ dꝛ geñ.scōo,ꝙ deus ipse inspirauit in faciem hominis spiraculum vite.

Rñdeo Dicendum,ꝙ quidam posuerunt ꝙ angeli ſm ꝙ operātur in virtute dei:causant aias rationales. Sed hoc est oīno impossibile ꝛ a fide alienum.Ostensum est enim[c],ꝙ aia rationalis non pōt produci nisi per creationeꝫ.Solus aūt deus potest creare:qꝛ solius pmi agentis est agere nullo presupposito:cum semꝑ agens ſm presupponat aliquid a primo agēte:vt supra habitum est[c].Quod aūt agit aliquid ex aliquo ꝓſupposito agit trāſmutando.Et ideo nullū aliud agens agit nisi trāſmutando:sed solus deus agit creādo.Et qꝛ aia rōnalis non ꝓducit per transmutationē alicuius mãe:ideo non pōt ꝓduci nisi a deo immediate.¶Et per hoc pꝫ solutio ad obiecta.Naꝫ ꝙ corpa causant vel sibi silia vel inferiora:ꝛ ꝙ superiora reducūt inferiora:totū hoc ꝓuenit ꝑ quādam transmutationem.

¶Utrum anima humana fuerit producta ante corpus. Arti.4.

Ad quartū Sic ꝓcedītur.Uꝭ ꝙ anima humana fuerit producta ante corp⁹.Opus eñ creatiōis precessit opus distinctionis ꝛ ornatus:vt supra habitum est[c].Sꝫ anima producta est in esse per creationē[c]:corp⁹ autē factū est in fine ornatus:vt supra habituꝫ est[c].Ergo anima hominis producta est ante corp⁹.¶ꝑ.Anima rationalis magis conuenit cum angelis q̄ꝫ cum animalibus brutis.Sed angeli creati fuerunt ante corpora:vel statim a principio cū corporali materia:corpus autem hominis formatum est sexto die quando ꝛ bruta animalia sunt producta.Ergo anima hominis fuit creata ante corpus.¶ꝑ.Finis proportionatur principio.Sꝫ anima in fine remanet post corp⁹.Ergo ꝛ in pncipio fuit creata ante corpus.

Sed cōtra Est,ꝙ actus ꝓprius fit in potētia propria.Cū ergo anima sit proprius actus corporis anima producta est in corpore.

Rñdeo Dicendū,ꝙ orige.posuit nō solū animā pmi hominis:ſꝫ aias omniū hominū ante corpora simul cū angelis creatas[c],ꝓpter hoc ꝙ credidit oēs spūales substātias tā aias q̄ꝫ angelos equales esse ſm sue nãe cōditionē:sed solū merito distare:sic ꝙ quedā earū corporib⁹ alligantꝭ:que sunt aie hoim vel celestium corporum:quedā vero in sui puritate ſm diuersos ordines remanent.De qua opinione supra iam diximꝰ[c].Et ideo relinquatꝭ ad ꝓſens.Aug. vero in.7.super geñ.ad lit.dicit,ꝙ aia primi hois ante corp⁹ cū angelis est creata ob aliā rationē:qꝛ.s.ponit ꝙ corpus hominis in illis operibus sex dierū nō fuit productū in actu:sed solū ſm cāles rationes.Quod non pōt de anima dici:qꝛ nec ex aliqua mã corporali aut spūali preexistente facta fuit:nec ex aliq̄ virtute creata ꝓduci potuit.Et iō vꝛ ꝙ ipsamet aia in opibus sex dieꝝ:in q̄bus oīa fcā fuerunt,simul cū angelis fuerit creata:ꝛ qō postmodum ꝓpria voluntate inclinata sunt ad corpus administrādū.Sed hoc nō dicit asserēdo:vt ei⁹ verba demonstrāt.Dicit eñ credatur:si nulla scripturaꝝ autoritas seu veritatis rō ꝯdicit:hoieꝫ ita factū sexto die:vt corporis quidē humani rō causalis in elementis mundi:aia vero iam ipsa crearetur. Posset aūt vtiq̄ꝫ hoc tolerari ſm eos q̄ ponunt ꝙ aia hꝫ per se speciem ꝛ nãm ꝯpletaꝫ:ꝛ ꝙ nō vnitꝭ corpi vt forma:sed solū ad ipm administrandū.Si aūt aia vnitꝭ corpi vt forma:ꝛ est nãliter pars humane nãe:hoc oīno esse non pōt.Manifestū est eñ ꝙ deus primas res īstituit in perfecto statu sue nãe,ſm ꝙ vniuscuiusq̄ꝫ rei spēs exigebat.Aia autē cum sit pars humane nãe,nō hꝫ nãlē perfectionem,nisi ſm ꝙ est corpori vnita.Unde nō fuisset ꝯueniēs aiaꝫ sine corpe creari.Sustinendo ergo opionē aug.de opib⁹ sex dierū:dici poterit ꝙ aia humana ꝓcessit in opibus sex dierū,ſm quādā silitudinē gñis:ꝓut ꝯuenit cū angelis in intellꝰali nã[c].Ipsa enim fuit creata simul cū corpe.Scōꝫ alios vero sanctos tam anima q̄ꝫ corpus pmi hominis in operibus sex dierū sunt ꝓducta.

Ad primū Ergo dōm,ꝙ si nã aie haberet integrā speciē:ita ꝙ ſm se crearetꝭ:ratio illa ꝓcederet vt ꝑ se in principio crearetꝭ.Sed qꝛ nãliter est forma corporis:nō fuit seorsum creāda sed debuit creari in corpore.¶Et silr est dōm ad ſm.Nã aia si per se speciē haberet:magis cōueniret cū angelis.Sꝫ in q̄ntū est forma corporis,ꝓtinet ad genus aialiū vt formale pncipiū.¶Ad tertiū dōm,ꝙ aiam remanere post corpus accidit ꝑ defectū corpis:qui est mors.Qui quidē defectus in principio creationis anime esse non debuit.

dē/qꝛ rō ad oppositū adducta ñ cogit:qꝛ aia in pmis opib⁹ poni pōt ꝓducta ñ in seipsa/nec i suis causis:sed i suo genere.s.intellectuali nã:in q̄ cōicat cum angelis:Aliorū sctōꝝ:qꝛ simul in pmis operibus sunt ambo:in seipsis ꝓducta apud eos.

¶De ꝓductiōe corpis pmi hois.Qō 91.

Deinde Cōsiderādū est de productione corporis primi hominis.¶Et circa hoc q̄runtꝭ quatuor.pmo de materia ex qua ꝓductum est.scōo de autore a quo ꝓductum est.tertio de dispositione q̄ ei per ꝓductionem est attributa.quarto de modo ꝛ ordine productionis ipsius.

¶Utꝝ corp⁹ pmi hois sit d' limo terre.ar.1.

Ad primū Sic procedītur.Uidetur ꝙ corp⁹ primi hois nō sit de limo terre.Maioris eñ virtutis est facere aliquid ex nihilo q̄ꝫ ex aliquo:quia plus distat ab actu non ens q̄ꝫ ens in potētia.Sed cū hō sit dignissima creaturarū inferiorum:decuit vt virtus dei maxime ostenderetur in productiōe ei⁹.Ergo nō debuit fieri ex limo terre:sed ex nihilo.¶ꝑ.Corpora celestia sunt nobiliora terrenis.Sed corpus humanū habet maximā nobilitatē:cum perficiatur a nobilissima forma q̄ est aia rationalis.Ergo non debuit fieri de corpore terrestri:sed magis de corpore celesti.¶ꝑ.Ignis et aer sunt nobiliora corpora q̄ꝫ terra ꝛ aqua.Qō ex eorū subtilitate apparet.Cū igitꝭ corp⁹ humanū sit dignissimū magis debuit fieri ex igne ꝛ ex aere:q̄ꝫ ex limo terre.¶ꝑ.Corp⁹ hūanū est cōpositū ex quatuor elemētis.Nō ergo est factū ex limo terre:sed ex omnibus elementis.

Sed ꝯ Est,ꝙ dꝛ Gene.2.Formauit deus hoiem de limo terre.

Rñdeo Dōm,ꝙ cuꝫ de⁹ ꝑfect⁹ sit in opib⁹ suis:ꝑfectionē dedit

¶Sup.q.91.Art.1.
Titul⁹ clar⁹. ¶In corpe vna cōclusio responsiua quesito affirmatiue cuꝫ vno corollario.Conclusio est/homo cōuenienter dicitur format⁹ de limo terre. id est terra aq̄ cōmista.Probatꝭ sic:deus est ꝑfectus in se ꝛ suis operib⁹:ergo ab eo ꝑfectio in oēs naturas deriuatur/ſm ea earū moduꝫ:ergo in hominē per cōpositionē ex omnibus:ergo cū intellectu ꝛ elongatione a ꝯrijs/per mistionē equalē ex oibus elementis:ergo cuꝫ abūdantia inferiorū elementoruꝫ ſm q̄ꝫtitatem:ergo ꝯuenienter ex limo terre.Añs est per se notuꝫ.Prima cōsequētia ꝓbatur autoritate Deuteronomij.Scōa vero probatꝭ ostendendo modū:quo ꝑfectio est i deo scꝫ vnite vt in causa omniū ex autoritate.Subintellecta eñ illa maxima:ꝙ q̄ in superiori sūt vnite/ab inferiorib⁹/sꝑar sim participantꝭ gradatim:optime iferꝭ ꝙ perfectum eē ſm oia i deo simpliciter existēs/ad intelligētias intellectualiter deriuatur:ad hoieꝫ ꝯo vltimā creaturarum nobilium cōposite ꝛ māliter deuenit:ꝛ ꝯñter hō est oim ꝑfectionem habēs/ꝑ cōpositioneꝫ ex oibus.Scōa ꝯña satis clare pꝫ:qꝛ alr nō possent oia cōponere vnā partialem speciē:dico autem partialē ad drīā vniuersi:qō vnū ens cū sit:ex oibus constat creaturis:sed ꝯ est totale ens ꝛ vnū nō ꝑ vnā sbalē formaꝫ ſꝫ ꝑ ordinē.Tertia ꝯo ꝯsequētia ꝓbatur:qꝛ aliter nō saluaretꭓ equalitas mistionis.probatꝭ:qꝛ superioribus habētibus lōge plus virtutis in pari quan

e 356 582 a
455 2.di.18.q.1.arti.1.ad.5.ꝛ arti.3.ad.2. Et.3.di.3.qō.2.ā.2.cor.ꝛ ad.4.

titate.Si eēnt paria in quantitate.mistio non esset eq̄lis.oportet ergo iferiora pl⁹ quātitatis habeāt:ac per hoc equā virtutē:qꝛ i maiori quātō est maior virtus:ꝛ sic mistio fiet equalis:vt humana req̄rit complexio a ꝯrijs remotissima.
381 ¶Corollariū est/qō hō est minor mūd⁹.pꝫ qꝛ cōstat ex oib⁹.
¶Caue hic ne fallaris ex hoc articulo putās S.Tho.oblitum doctrine ꝓprie de mansione elementorū in misto:ꝓpter ea qꝛ hic expsse dicit elementa in hoie ſꝫ sbam.Aduertenduꝫ est eñ ad rōnem ddi vt aūt pꝫ in litera.dicit hoc ad differētiā corporū celestium:q̄ nō nisi ſm aliqd eis silē veniunt in cōponē hois:ipsa ꝯo elementa ſm subam dñr cōponere:nō distiguēdo an formaliter an virtualr.Rursus dñr elementa cōponere hoiem ſm sbaꝫ non formalem:sed mālē non tm̄ cōem.s.mām primā sed ꝓpriā seu appropriatā.Elementa enim ex vi mistionis alterata sic vniūtur in misto:ꝙ mãe eoꝝ trāseunt in mãꝫ misti cum dispōnib⁹ appropriatꝫ illis elemētis:puta siccitate grauitate/humiditate ꝛc.Ita ꝙ illa elementa dñr predominari in aliquo scōm subaꝫ seu quātitatē.
353 De quorū mã disposita
375 pl's saluatꝭ in misto.
342 Illa vero ſm virtutē de quoꝝ vi plus saluatur in eo.ꝛ hec est directe mens huius litere.
¶Super articu.2.
373 Titul⁹ clarus. ¶In corpore vnica est conclusio rñsiua quesito Corpus hois primo fuit a deo immediate formatū.hec ꝯclō postq̄ꝫ proposita est in litera ꝓbatur tali rōne.Corpus hominis nō pōt formari nisi aut adeo immediate aut a semine humano per viā gñationꝫ:sed in prima formatione nullum precessit hūanū corp⁹:a q̄ ꝑ viā gñationꝫ formari potuisset corp⁹ pmi hois.ꝯ est formatuꝫ imeꝭ a deo:hui⁹ rōnis i lra prio tractatꝭ maior:deide subditꝭ minor:ꝛ iferꝭ cōclō.
¶In tractando maiorē prio ponitꝭ opio

oibus ſm eorū modū:ſm illud deutero.32.Dei ꝑfecta sunt opa.Ipse autē simpl'r ꝑfectus est ex hoc ꝙ oia in se ꝓhabet:nō ꝑ modū cōpositionis:sed simpliciter ꝛ vnite[c]:vt dio.dicit eo modo quo diuersi effectus preexistūt in causa ſm eius virtutē vnam.Ista aūt perfectio ad angelos q̄dē deriuatur ſm ꝙ oia sunt in eorū cognitione q̄ sunt a deo in natura ꝓducta per formas diuersas.Ad hominem vero deriuatꭓ inferiori modo huiusmodi perfectio[c].Nō eñ in sua cognitione naturali hꝫ omniū naturaliū notitiā.Sꝫ est ex rebus oibus quodāmodo cōpositus:duꝫ de genere spūaliū sbarū hꝫ in se aiam rationalē.De similitudine vero celestiū corporuꝫ hꝫ elongationē a ꝯrijs per maximā eq̄litatē cōplexionis.Elementa vero ſm sbam:ita tñ ꝙ superiora elementa ꝓdominantur in eo ſꝫ virtutē.s.ignis ꝛ aer:qꝛ vita ꝓcipue cōsistit in calido,qō est ignis:ꝛ humido,qō est aeris.Inferiora vero elementa abūdant in eo ſm sbam.Aliter.n.nō posset esse mistionis eq̄litas nisi inferiora elementa:q̄ sunt minoris virtutis:ſm q̄ꝫtitatē in hoie abūdarent.Et ideo dicitꭓ corpus hois de limo terre formatū:qꝛ limus dꝛ terra aq̄ permista.Et ꝑꝑ hoc dicitur minor mundus:qꝛ oēs creature mūdi quodammodo inueniuntur in eo.

Ad primū Ergo dicēdū,ꝙ virtus dei creātis manifestata est in corpore hois:dū eius materia est per creationē producta.Oportuit aūt vt ex materia quatuor elemētoꝝ fieret corpus humanū:vt homo haberet cōuenientiā cū inferioribus corporibus:q̄si mediū qōdā existens inter spirituales ꝛ corporales substantias.¶Ad scōm dicēdū,ꝙ q̄ꝫuis corpus celeste sit simpliciter nobilius terrestri corpore:tñ q̄ꝫtum ad actus aie rationalis est minus cōueniens.Nam aia rōnalis accipit notitiam veritatis quodāmodo per sensus:quoꝝ organa formari nō pñt ex corpore celesti:cum sit impassibile[c].Nec est verum qō q̄dam dicūt:aliqd de quinta essentia materialiter ad cōpositionē humani corporis aduenire:ponētes aiam vniri corpori mediāte quadā luce[c].Primo eñ falsum est qō dicunt:lucē esse corpus[c].Scōo vero impossibile est aliqd de q̄nta essentia vel a corpore celesti diuidi:vel elementis permisceri:ꝓpter celestis corporis impassibilitatē.Unde non venit in cōpositionē mistorū corporū:nisi ſm sue virtutis effectū.¶Ad tertiū dicēdū,ꝙ si ignis ꝛ aer que sunt maioris virtutis in agēdo:etiā ſm q̄ꝫtitatē in cōpositiōe humani corporis abūdarēt:oīno ad se traherent alia:ꝛ non posset fieri equalitas cōmistionis:q̄ est necessaria in cōpositione hois ad bonitatem sensus tactus:q̄ est fundamentū sensuū aliorū[c].Opꝫ eñ organum cuiuslibet sensus nō habere in actu ꝯria quoꝝ sensus ꝯst pceptiu⁹:sed in potentia tm̄:vel ita ꝙ oīno careat toto gñe ꝯriorū:sicut pupilla caret colore:vt sit in po[a] ad oēs colores.Quod in organo tact⁹ non erat possē cū sit cōpositū ex elemētis:q̄ꝝ q̄litates pcipit tact⁹.Uel ita ꝙ organū sit mediū iter ꝯria:vt necesse est in tactu accidere.Mediū eñ est in po[a] ad extrema.¶Ad 4[m] dōꝫ,ꝙ in limo terre est terra ꝛ aq̄ cōglutinās partes terre ꝛ aq̄.De aliīs āt elñtis scriptura mētionē nō fecit:tum qꝛ minus abūdāt ſm q̄ꝫtitatē in corpe hois:vt dcm̄ est[c]:tū ēt qꝛ in tota rerū ꝓductione:de igne ꝛ aere,q̄ sensu nō percipiuntur a rudibus:mentionem non fecit scriptura que rudi populo tradebatur.

¶Utrum corpus humanum sit immediate a deo productum. Articu.2.

Ad scōm Sic procedītꭓ.Uꝭ ꝙ corpus humanū nō sit imediate a deo ꝓductū.Dicit.n.Augu.in.3.de tri.ꝙ corpalia disponuntꭓ a deo per angelicā creaturā.Sꝫ corpus hūanū formatū fuit ex mã corporali:vt dictū est[c].Ergo debuit ꝓduci mediātibus angelis:ꝛ nō immediate a deo.¶ꝑ.Qō fieri pōt virtute creata:nō est necessariū ꝙ imediate ꝓducatꝭ a deo.Sꝫ corp⁹ hūanū ꝓduci pōt ꝑ virtuteꝫ creatā celestis corpis.Nā ꝛ q̄dā aialia ex putrefactione gñantꝭ ꝑ virtutē actiuā corporis celestis.Et Albumasar dicit ꝙ in locis in q̄bus nimis abundat calor aut frigus:homines non generantꝭ:ſꝫ in locis tēperatis tm̄.Ergo nō oportuit ꝙ immediate corpus humanū formaretꝭ a deo.¶ꝑ.Nihil fit ex mã corporali:nisi per aliquā mãe transmutationē.Sed omnis trāſmutatio corporalis causatur ex motu celestis corporis:q̄ est primus motuū.Cū igitur corpus humanū sit ꝓductū ex materia corporali:videtꭓ ꝙ ad eius formationē aliq̄d operatū fuerit corp⁹ celeste.¶Preterea.Augu.dicit super geñ.ad lit.ꝙ homo factus est ſm corpus in operibus sex dierū ſm causales ratiōes:quas deus inseruit creature corporali:postmodū vero fuit formatum in actu.Sed qō preexistit in corporali creatura ſm causales ratiōes:per aliquā virtutē corporeā produci potest.Ergo corpus humanum productum est aliqua virtute creata:ꝛ non immediate a deo.

Sꝫ cōtra Est,ꝙ dꝛ eccl'.17.Deus de terra creauit hoiem.

Rñdeo Dicendū,ꝙ prima formatio humani corporis nō potuit esse per aliquā virtutē creatā:sed immediate a deo.Posuerūt siq̄dē aliq̄ formas,q̄ sunt in materia corporali:a q̄busdā formis immaterialibus deriuari[c].Sed hāc opinionē repellit philosophus in.7.meta.per hoc ꝙ formis nō cōpetit per se fieri sed cōposito:vt supra expositū est[c].Et qꝛ opꝫ agens esse simile facto:nō cōuenit ꝙ forma pura q̄ est sine materia ꝓducat formā q̄ est in materia:qui nō fit nisi per hoc ꝙ cōpositū fit.Et ideo opꝫ ꝙ forma q̄ est in materia sit causa forme que in materia ſm ꝙ cōpositū a cōposito generatur.Deus aūt q̄ꝫuis oīo sit immaterialis tñ solus est q̄ sua virtute materiam producere pōt creando[c].Unde ipsius solius est formā ꝓducere in materia absq̄ꝫ adminiculo ꝓcedētis forme materialis.Et propter hoc angeli nō possunt trāſmutare corpora ad formam aliquā nisi adhibitis seminibus q̄busdā:vt Aug.dicit in.3.de tri.Quia igitur corpus humanū nunquā formatū fuerat:cuius virtute per viā generationis aliud simile in specie formaretur:necesse fuit ꝙ primū corpus hominis immediate formaretur a deo.

Ad primū Ergo dōm,ꝙ etsi angeli aliqō ministeriū deo exhibeāt in his q̄ circa corpa opantꭓ:aliqua tñ deus in creatura corpea facit q̄ nullo mō angeli facere pñt:sicut ꝙ suscitat mortuos:ꝛ illuminat cecos.Scōm quā virtutem etiam corp⁹ pmi hois de limo terre formauit.Potuit tñ fieri vt aliqō ministerium in formatione corporis primi hominis angeli exhiberent:sicut exhibebunt in vltima resurrectione pulueres colligēdo.¶Ad ſm dōꝫ,ꝙ aialia perfecta que gñantꭓ ex semine non

illi⁹ ꝯria.Deide improbatꭓ deinde excuditꭓ obio q̄dā.ꝛ deinceps ponitꭓ ipsa maior:ꝛ deducitur vnū corollariū. b j.q.5.arti.4.
¶Opio ꝯria est/ꝙ q̄dam putarūt hāc disiunctiuaꝫ assumptā insufficiētē:ac ꝑ hoc falsam ponentis 3[m] agēs immediatū.s. 455
formas immāles.et hi sunt auic.ꝛ pla.ante ipsum:ꝛ multi sequaces dicētes formas māles deriuari immediate a formis sine mã:corporalia autē agentia esse dispositiua agētia tantū.Improbatio est.for[a] non fit nisi rōne cōpositi:ergo nō fit a forma immāli.Antecedēs supponitur ex dictis:qꝛ esse ꝛ fieri nō est nisi subsistētiū.cōsequētia ꝓbatꭓ cōpositū fit a cōposito:ergo ñ fit a forma immāli.ergo nec forma que solum fit ad factionē ipsius cōpositi.Antecedēs ꝓbatur:qꝛ factum et faciens oportet esse similia:ꝯña est per se nota ex eodē fundamento:tā prima q̄ꝫ secūda:qꝛ forma immālis nec est similis cōposito:nec forme in materia.
¶Obiectio autē exclusa est/qꝛ si ista rō cōcludit:sequitur ꝙ nec deus possit esse cā proxima compositi aut forme materialis:ꝛ patet sequela: 336
qꝛ deus ipse ē forma immaterialis:ac ꝑ 336
hoc nō est inter formā materialem aut cōpositum ꝛ ipsum similitudo.Excluditꭓ eñ hec obiectio ex ꝯ ꝙ deus est nō q̄ꝫlibet forma immaterialis:sed sic excellēter vt etiam mãe cā existat:ac per hoc cō 452
positū ē ei sil'e ēt rōne mãe:qō nō pōt dici de aliīs.Et sic habemus maioreꝫ.Ex quo enim habemus q̄ tria.s.ꝙ forma immaterialis nō ē immediate cā forme mālis:ꝛ ꝙ cōpositū est cā immediata:ꝛ ꝙ deus ex sua excellētia:q̄ cōtinet etiā mãm pōt esse cā immediata:colligitꭓ maior:ꝙ corpus humanuꝫ:ꝛ vl'r omnis res mãlis aut a deo aut a cōposito imediate formatꭓ.Deducuntꭓ aūt hinc duo corollaria.Primū ꝙ solius dei ē absq̄ꝫ adminiculo ꝓcedētis forme:trāſmutare mām ad formā.Scōꝫ ꝙ āgeli nō pñt trāſmutare mãꝫ

nisi adhibit; actiuis passiuis: vt aug. dr.
a ¶Minor aũt manifesta sub dita pz cuz
334 ɔclõne: quare ꝛc.
¶Super articu.3.
Titul⁹ clar⁹ nomie dispõnisitel ligendo ꝛ dispões qlitatiuas/qtitatiuas ꝛ membrales ꝛc.
¶In corpe duo sit fiũt: rñdet eñi qsito ɔclone affirmatiua: ꝛ excludit obio q̃dã. Cõclusio rñsiua est. De⁹ istituit corpus humanũ i optima dispõne ẽm ɔueniẽtiã ad aiaz rõnalẽ ꝛ ei⁹ opa. Probat sic: qlibet artifex intendit dare effectui suo dispõnẽ optimã nõ simplr: sz ẽm cõueniẽtiã ad finẽ ꝓpriũ illius effectus: ergo de⁹ dedit optimã dispõnem reb⁹ nãlib⁹ ẽm ɔueniẽtiã ad ꝓprios fines: ꝰ corpi hũano ẽz ɔuenientiã ad talẽ formã ꝛ illi⁹ opa. s. aiaz rõnalẽ ꝛ opa eius. Añs est p se notũ ꝛ declarat in artifice serre. Pria ɔña ꝓbatur: ex eo q deus est artifex rez nãlium. Et ɔfirmat autoritate Arist. Scđa vo ex eo q corp⁹ hũanũ est vnũ nãliũ: et illi⁹ finis ꝓprius est aia rõalẽ cũ suis opibus: qđ ꝓbat: q2 mã est ꝓpter formã: ꝛ h quo ad aiaz: ꝛ istr̃a sunt pp actiões. ꝛ h quo ad opa. Obio aũt est ista: optimũ dr q2 vel est oi alio meli⁹. vel saltẽ nihil est meli⁹ ipso simpliciter vel in tali ordine: vt pz: sz id i quo inuenit defect⁹ aliquis põt esse meli⁹: q2 posset eẽ sine defectu: ergo qđ est cũ defectu/ nõ est optimũ: sz dispõ rez nãliũ hz multos defectus anneros: ꝰ nõ est optia. Hãc obionẽ ex eadẽ radice sit excludit: q2. s. null⁹ artifex curat de defectib⁹ ɔñtibus necessitatem mãe ido nec ad finẽ ꝓpriũ: ꝰ nec deus re⁴ nãliũ: ꝰ nec re⁴ corporis hũani. Si q igit sũt in corpore humano defectus: non sunt ab actore electi: sed ex necessitate mãe emergũt: tot⁹ ꝓcess⁹ ẽ clar⁹.
¶Sup arti. 4. Titulus clarus.

457 22.qõ. 164.ar. 1.ad. Et mal. q.5 art. 5.cor. co.2. Et đ anima.ã.8.

possunt gñari p solã virtutẽ celestis corpis: vt Auic. fingit: lz ad eoz gñonẽ nãlẽ cooperet virt⁹ celestis corpis: put ꝑhs dicit in.2. phy. q hõ gñat hoiẽ ex mã ꝛ sole. Et exinde est q exigit locus tẽpcrat⁹ ad gñationẽ hominũ ꝛ aliorũ aialiũ perfectorũ. Sufficit autẽ virtus celestiũ corporũ ad gñandũ q̃dam aialia impfectiora ex materia disposita. Manifestũ est eñi q plura requirunt ad productionez rei perfecte q̃z ad productionem rei imperfecte. Ad tertium dicẽdum q motus celi est cã trãsmutationũ nãliũ: nõ tñ trãsmutationũ que fiunt ꝑter nãe ordinẽ, ꝛ sola virtute diuina: sicut q mortui resuscitant, q ceci illuminant. Quib⁹ ẽ silẽ, q hõ ex limo terre format. ¶Ad q̃rtũ dđm. q ẽm rõnes cãles in creaturis dr aliquid ꝑexistere duplr. Unomõ ẽm potẽtiã actiuã ꝛ passiuã: vt nõ solũ ex mã ꝑexistẽti fieri possit: sed etiã vt aliquis ꝑexistẽs creatura h facere possit. Aliomõ ẽm potẽtiã passiuã tm: vt. s. de mã ꝑexñti fieri possit a deo. Et hoc mõ ẽm Aug. corp⁹ hois ꝑexistit in operib⁹ ꝓductis ẽm cãles rõnes. ¶Utrũ corpus hois habuerit cõuenientem dispositionem. Arti.3.

AD tertiũ Sic procedit. Uf q corp⁹ hominis nõ habuerit cõuenientẽ dispositionẽ. Cum eñi homo sit nobilissimũ aialium: corpus hois debuit esse dispositum optime ad ea que sunt ꝓpria animalis. s. ad sensum ꝛ motũ. Sed quedam animalia inueniũtur acutioris sensus q̃z homo: ꝛ velocioris motus. Sicut canes melius odorant: ꝛ aues velocius mouentur. Ergo corpus hois nõ est conuenienter dispositũ. ¶P̃. Perfectũ est cui nihil deest. Sed plura desunt humano corpori q̃z corporibus aliorũ aialiũ: q̃ habẽt tegumẽta ꝛ arma nãlia ad sui protectionem: q̃ homini desunt. Ergo corpus humanũ est imperfectissime dispositũ. ¶P̃. Homo pl⁹ distat a plantis quaz ab animalibus brutis. Sed plante habent staturam rectam: aialia autem bruta pronã. Ergo homo non debuit habere staturam rectam.

Sed cõtra Est q dr eccl.7. De⁹ fecit hominẽ rectum.

Rñdeo Dicendum, q omnes res naturales producte sunt ab arte diuina. Unde sunt quodãmodo artificiata ipsius dei. Quilibet autem artifex intendit suo operi dispositionem optimam inducere non simpliciter: sed per comparationẽ ad finẽ. Et si talis dispositio habet secũ adiunctũ aliquẽ defectum, artifex non curat. Sicut artifex qui facit serram ad secanduz: facit eam ex ferro: vt sit idonea ad secandũ: nec curat eaz facere ex vitro q̃ est pulchrior materia: q2 talis pulchritudo esset impedimentum finis. Sic igitur deus vnicuiq3 rei naturali dedit optimã dispositionẽ: nõ q̃dez simpliciter: sed ẽm ordinẽ ad ꝓprium finem. Et hoc est qđ philosophus dicit in.2. phy. Et q2 dignius est sic: non tamẽ simplr: sz ad vniuscuiusq3 substãtiã. Finis aũt proximus humani corporis est aĩa rationalis: ꝛ operatiões ipsi⁹. Materia eñi est ꝓpter formã: et instr̃a ꝓpter actiones agẽtis. Dico ergo qđ deus instituit corpus humanum in optima dispositione ẽm cõuenientiã ad talẽ formã: ꝛ ad tales opationes. Et si aliquis defect⁹ in dispositione humani corporis esse videtur: considerandum est q talis defectus sequit ex necessitate mãe ad ea q̃ reqrunt in corpe vt sit debita ꝓportio ipsius ad aiam, ꝛ ad anime operationes.

Ad primũ Ergo dđm, q tact⁹ q̃ est fundamentũ aliorũ sensuũ est perfectior in hoie q̃z in aliquo alio aiali. Et ꝓpter hoc oportuit q hõ haberet tẽperatissimã cõplexionem inter oĩa aialia. Precedit etiam homo oĩa alia aialia quantũ ad vires sensitiuas interiores: sicut ex supra dictis apparet. 455 ꝛ 388
Ex quadaz aũt necessitate cõtingit q quãtũ ad aliquos exteriores sensus homo ab alijs animalib⁹ deficiat. Sicut homo inter oĩa animalia habet pessimũ olfactũ. Necessariũ eñi fuit qđ homo inter oĩa animalia respectu sui corporis haberet maximũ cerebrũ. ¶Tum vt liberius in eo perficerent operationes interiorũ virium sensitiuaz: que sunt necessarie ad intells opationẽ: 429
vt supra dictũ est. ¶Tum etiaz vt frigiditas cerebri tẽperaret calorẽ cordis: quem necesse est in homine abũdare ad hoc q homo sit recte stature. Magnitudo aũt cerebri ꝓpter eius humiditatẽ est impedimẽtum olfactus: qui requirit siccitatem. Et similiter potest assignari ratio quare quedã aialia sunt acutioris visus ꝛ subtilioris auditus q̃z homo: ꝓpter impedimentũ horum sensuũ. Quod necesse est cõsequi in hoie ex perfecta cõplexiõis equalitate. Et eadẽ etiam ratio est assignãda de hoc q quedam aialia sunt hoie velociora. cui excellentie velocitatis repugnat equalitas humane cõplexionis. ¶Ad ẽm dđm, q cornua ꝛ vngule: que sunt quorũdam aialium arma: ꝛ spissitudo corij, ꝛ multitudo pilorũ, aut plumarũ: q̃ sunt tegumenta animaliũ: attestãtur abundantie terrestris elementi: que repugnat equalitati ꝛ teneritudini cõplexionis humane. Et ideo hec homini nõ cõpetebant. 8 375
Sed loco horũ hz rõnem ꝛ man⁹: quib⁹ potest parare sibi arma ꝛ tegumenta ꝛ alia vite necessaria infinitis modis. Unde ꝛ manus in.3. de aĩa dr organũ organorũ. Et hoc etiã magis cõpetebat rõnali nãe: que est infinitarũ cõceptionũ: vt haberet facultatẽ infinitã instr̃a sibi parandi. ¶Ad tertiũ dđm, q habere staturã rectam cõuenies fuit hoi ꝓpter q̃tuor. Primo quidẽ: q2 sensus sunt dati hoi nõ solũ ad vite necessaria procuranda: sicut alijs aialibus: sed ẽt ad cognoscendũ. Unde cũ cetera aĩalia nõ delectent in sensibilibus nisi p ordinẽ ad cibos ꝛ venerea: solus hõ delectat in ipsa pulchritudine sensibiliũ ẽm seipsam. Et iõ quia sensus precipue vigent in facie: alia aialia hñt faciem ꝓnã ad terrã: quasi ad cibũ q̃rendũ, ꝛ ꝓuidẽdũ sibi de victu: hõ vo hz faciẽ erectã: vt p sensus ꝛ p̃cipue p visuz: q̃ est subtilior: ꝛ plures drĩas rerũ ondit: libere possit ex oĩ parte sensibilia cognoscere, ꝛ celestia ꝛ terrena: vt ex oĩbus intelligibilẽ colligat veritatem. Scđo vt interiores vires liberius suas opationes habeãt: dũ cerebrũ: in quo quodãmodo pficiunt: nõ est depssum: sed sup oẽs ptes corporis eleuatũ. Tertio q2 oporteret q si hõ haberet ꝓnã staturã: vteret manibus loco anterioz pedũ. Et sic vtilitas manuuz ad diuersa opa pficiẽda cessaret. Quarto q2 si hẽret ꝓnã staturã: ꝛ vteret manib⁹ loco anterioz pedũ: oporteret q cibũ caperet ore. Et ita hñret os oblongũ: ꝛ labia dura ꝛ grossa: ꝛ linguã et durã: ne ab exterioib⁹ lederet, sicut pz in alijs aialibus. Et talis dispõ oĩo impediret locutionez q̃ est ꝓprium opus rõnis. Et tñ hõ staturã rectã hñs maxie distat a plãtis. Nã hõ hz superi⁹ sui. i. caput v̾sus supius mũdi: ꝛ inferi⁹ sui versus inferi⁹ mũdi. Et ideo est optime dispositus ẽm dispõnẽ toti⁹. Plãte vo habẽt superi⁹ sui versus inferius mũdi: nã radices sunt ori ꝓportionales: inferius aũt sui versus superius mũdi. Aialia vero bruta medio modo. Nã superius aialis est pars qua accipit alimentũ: inferis aũt est pars qua emittit superfluũ. ¶Utrũ ɔueniẽter corporis humani ꝓductio in scriptura describat. Art.4.

AD quartũ Sic ꝓcedit. Uf q incõueniẽter corpis humani ꝓductio i scriptura describat. Sicut eñi corp⁹ humanũ est factum a deo: ita ꝛ alia opa sex diez. Sed in alijs operib⁹ dr: dixit deus fiat, ꝛ factũ est. Ergo silr debuit dici de hois ꝓductione. ¶P̃. Corpus humanũ a deo imediate est factũ: vt supra dictum est. Ergo incõueniẽter dr: faciamus hominẽ. 458 supra.q. 72. arti. vnico. cor. et ad.3. 4. 456
¶P̃. Forma humani corporis est ipsa aĩa: q̃ est spiraculuz vite. Inconueniẽter ergo postq̃ dixerat, formauit deus hominẽ de limo terre, subiunxit. Et inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vite. ¶P̃. Anima q̃ est spiraculum vite, est in toto corpore, ꝛ principaliter in corde. Non ergo debuit dicere q inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vite. ¶P̃. Sexus masculin⁹ ꝛ femininus ptinẽt ad corp⁹: imago vero dr ad aiam. Sed aia ẽm Aug. fuit fcã añ corp⁹. Incõueniẽter ergo cũ dixisset, ad imaginẽ suã fecit illum: addidit. Masculũ ꝛ feminã: creauit eos.

In cõtrariũ Est autoritas scripture.

¶In corpore vna cõclusio rñsiua. Scriptura vtit spãli mõ loquẽdi in ꝓductione hois. Probatur excludendo falsam cãm: ꝛ assignãdo verã: falsa quidẽ est cã huius: q solus hõ sit a deo: ꝛ hoc ex Aug. Uera autez q2 solus hõ ad imaginez dei: ex q̃ đ ducit ɔclo sic. solus hõ est ad imaginem dei factus: ergo alia facta sunt ꝓpter ipsũz: ergo ipse est principaliter intẽtus: ergo spãli modo loquendi dz eius ꝓductio insinuari. Oĩa sunt clara: ꝛ vltima ɔña ꝓbat: q2 ea q̃ pñr intẽdimus: cũ maiori deliberatione ꝛ studio facere cõsueuimus: ac p hoc hec maior diligẽtia debuit insinuari spãli tractatu de productione ipsius. Aduertẽ nouitie/ q hic cõparat homo ad ea q̃ explicite facta scribunt in principio genesis: inter illa enim principatũ tenet hõ. Angeli enim nõ numerantur.
¶Super.q.92. Ar.1.
Titul⁹ clarus.
¶In corpore vna conclusio rñsiua quesito affirmatiue: necesse fuit feminã fieri. Probat necesse fuit dari viro adiutoriũ ad gñationis opus: ꝰ necesse fuit fieri feminã. Cõsequẽtia ꝓbat ex eo q femina ad gñationẽ adiuuat: ꝛ ad nullũ aliud opus est necessaria: qđ ꝓbat ꝑ q̃sdam q2 vir põt ad qđlibet aliud meli⁹ per virũ q̃z p feminã adiuuari. Añs vero ꝓbat õndẽdo q vir solus non sufficit ad gñatiõis opus pficiẽdũ/ ꝛ ɔñter cũ sit gñatiuus eget adiutorio. õndit aũt h: gradũ diuiuẽtia penes agere ꝛ pati ad gñonem. Scđm tres vel q̃tuor grad⁹. Prim⁹ hñtiũ v̾tutẽ passiuã tm: q. s. ex celo fiunt tm. Scđs hñtiũ passiuã ꝛ actiuã in codẽ vt plãte hñtes semina. Et rõ cõiũctionis est: q2 hoc est earum nobilissimum opus: ꝓuidit enim natura vt in nobilissimo nõ deficiãt. Tertius habentiũ actiuã ꝛ passiuã diuisaz ẽm sexũ vt in animalibus pfectis/ ꝛ in his sunt duo: diuersitas sexuum: ꝛ cõmistio qñq ꝑ primũ est/ q2 hñt

459 Opus. 73. cap. 17. co. 2

Rñdeo Dicendũ ad primũ, q sicut Augu. dicit in.6. super geñ. ad lit. non in hoc ꝑeminet homo alijs rebus q deus fecit ipsum hominẽ q̃si alia ipse non fecerit: cũ scriptũz sit, opera manuũ tuarum sunt celi: ꝛ alibi aridam fundauerũt manus eius: sed in hoc q ad imaginem dei factus est homo. Utitur tñ scriptura in productione hois spãli mõ loquẽdi ad ostẽdendũ qđ alia ꝓpter hoiem facta sunt. Ea. n. q̃ p̃ncipaliter intẽdimus: cũ maiori deliberatione et studio cõsueuimus facere. ¶Ad secunduz dicẽdũ, q nõ est intelligendũ deuz angelis dixisse, faciamus hoiem: vt q̃dã peruerse intellexerũt. Sed hoc dicit ad signandã pluralitatẽ diuinaz personarũ: quarum imago expressius inuenitur in hoie. ¶Ad tertiũ dicẽdũ, q q̃dã intellexerunt corpus hois prius tẽpore formatũ: ꝛ postmodũ deũ formato iã corpori aiam infudisse. Sed ɔ̃ rationẽ perfectionis prime institutionis rerũ est q deus vel corpus sine aia, vel aiam sine corpore fecerit: cũ vtrũq3 sit pars humane nature. Et hoc etiã est magis incõueniens de corpore: qđ dependet ex aia: ꝛ nõ ecõuerso. Et ideo ad hoc excludẽdũ q̃dã posuerunt q cũ dicitur, formauit deus hoiem intelligit ꝓductio corporis simul cũ aĩa: qđ aũt addit: ꝛ inspirauit in faciẽ eius spiraculuz vite: intelligit de spũsancto: sicut ꝛ dñs insufflauit in apostolos dicẽs, Accipite spm̃scm̃. Sed hec expositio: vt dicit Aug. in li. de ci. dei, excluditur p verba scripture. Nã subdit ad p̃dicta, Et factus est homo in aiam viuentẽ. Qđ apostolus. 1. ad cor. 15. nõ ad vitã spũalẽ: sed ad vitã aialẽ refert. Per spiraculũ ergo vite intelligit aia: vt sic qđ dicit: inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vite: sit q̃si expositio eius qđ premiserat. Nam anima est corporis forma. ¶Ad quartũ dicẽdũ, q q2 opationes vite magis manifestant in facie hois ꝓpter sensus ibi existẽtes: ideo dicit in faciẽ hois inspiratũ esse spiraculũ vite. ¶Ad q̃ntũ dicẽdũ, q ẽm Aug. oĩa opa sex dierũ simul sunt facta. Unde aiam primi hois: quã ponit simul factã cũ angelis: nõ ponit factã ante sextam diẽ: sed in ipso sexto die ponit esse factã ꝛ aiam primi hois in actu: ꝛ corpus eius ẽm rõnes cãles. ¶Alij vero doctores ponunt et aiam ꝛ corpus hois factũ sexto die in actu.

¶De productione mulieris. Qõ.92.

DEinde Cõsiderãdũ est de productione mulieris. ¶Et circa hoc q̃runt q̃tuor. Primo vtrũ in illa rerũ ꝓductione debuerit mulier ꝓduci. Secundo vtruz debuerit fieri de viro. Tertio vtrum de costa viri. Quarto vtrũ facta fuerit immediate a deo.

¶Utrum mulier debuerit ꝓduci in prima rerum productione. Arti.1.

AD primũ Sic pcedit. Uidet q mulier nõ debuit ꝓduci in prima rerũ ꝓductione. Dicit eni phs in lib. de gñatione aialium q femina est mas occasionatus. Sed nihil occasionatum ꝛ deficiens debuit esse in prima rez institutione. Ergo in illa p̃ma rez institutione mulier ꝓducenda non fuit. ¶P̃. Subiectio ꝛ minoritio ex pctõ est subsecuta Nam ad mulierẽ dictũ est post pctm̃ geñ.3. Sub viri ptãte eris. Et Grego. dicit, q vbi non delinqmus oẽs pares sumus. Sed mulier nãliter est minoris virtutis ꝛ dignitatis q̃z vir. Semper. n. honorabilius est agẽs patiẽte: vt dicit Augu.12. sup Geñ. ad li. Ergo nõ debuit mulier produci in prima rerũ productione ante pctm̃. ¶P̃. Occasiones peccatorũ sunt amputãde. Sed deus p̃sciuit q mulier esset futura viro in occasionem peccati. Ergo non debuit mulierem producere.

Sed cõtra Est, q dicit Geñ.2. Nõ est bonũ hoiem esse solum: faciamus ei adiutoriũ simile sibi.

Rñdeo Dicẽdũ, q necessariũ fuit feminã fieri: sicut scriptura dicit: in adiutoriũ viri: non q̃dẽ in adiutoriũ alicuius alterius opis: vt q̃dam dixerunt: cum ad qđlibet aliud opus cõuenientius iuuari possit vir per aliũ virũ q̃z per mulierẽ: sed in adiutoriũ generationis. Qđ manifestius videri põt si in viuentibus modus generationis consideretur. Sunt eñi quedã viuentia que in seipsis non habent virtutẽ actiuã generationis: sed ab agẽte alterius speciei generantur: sicut plante ꝛ animalia q̃ generantur sine semine ex materia cõuenienti p virtutem actiuã celestiũ corporũ. Quedã vero habent virtutẽ generationis actiuã ꝛ passiuã cõiunctam: sicut accidit in plãtis: q̃ generantur ex semine. Nõ eñi est in plantis aliqđ nobilius opus vite q̃z generatio. Unde conuenienter oĩ tẽpore in eis virtuti passiue cõiũgitur virtus actiua generationis. Aialibus vero perfectis cõpetit virtus actiua generationis ẽm sexũ masculinũ: virtus vero passiua ẽm sexum femininũ. Et q2 est aliqđ opus vite nobilius in aialibus q̃z gñatio: ad qđ eorũ vita principalr ordinat: ideo nõ oĩ tẽpore sexus masculinus feminino coniungitur in aialibus perfectis: sed solum tpe coitus: vt imaginemur p coitũ sic fieri vnũ ex mare ꝛ femina: sicut in planta oĩ tpe cõiungunt vis masculina ꝛ feminina: etsi in q̃busdam plus abundet vna harũ in quibusdam plus altera. Homo autẽ adhuc ordinatur ad nobilius opus vite: quod est intelligere. Et ideo adhuc in homine debuit esse maiori ratione distinctio vtriusq3 virtutis: vt seorsum ꝓduceretur femina a mare: ꝛ tamẽ carnaliter cõiungerẽtur in vnum ad generationis opus. Et ideo statim post formationẽ mulieris: dicitur geñ.2. Erunt duo in carne vna.

Ad p̃mũ Ergo dicẽdũ, q per respectũ ad naturam particularẽ femina est aliq̃d deficiens ꝛ occasionatũ: quia virtus actiua q̃ est in semine maris intẽdit producere sibi simile perfectũ ẽm masculinũ sexũ. Sed qđ femina generetur: hoc est ꝓpter virtutis actiue debilitatẽ: vel propter aliquã materie indispositionẽ: vel etiã propter aliquã transmutationẽ ab extrinseco: puta a ventis australibus q̃ sunt humidi: vt dicit in lib. de gñatione aialium. Sz per cõparationẽ ad naturã vniuersalem femina nõ est aliq̃d occasionatuz: sed est de intentione nature ad opus generationis ordinata. Intẽtio autẽ nature vniuersalis dependet ex deo: q̃ est vniuersalis autor nature. Et ideo instituendo naturam non solũ marẽ: sed etiã feminã ꝓduxit. ¶Ad secũdũ dicẽdũ, q duplex est subiectio. Una seruilis: ẽm quã p̃sidens vtit subiecto ad suipsius vtilitatẽ. Et talis subio introducta est post pctm̃. Est aũt alia subio economica vel ciuilis: ẽm quã p̃sidens vtit subiectis ad eoz vtilitatem: ꝛ bonum. Et ista subiectio fuisset etiam añ pctm̃. Defuisset. n. bonũ ordinis in humana mul-

excellẽti⁹ opus. 2m ẽ vt assequãt gñationẽ hñtes: p tũc: qđ plãte sp. Quartus ergo vel sup̃m⁹ ordo tertij grad⁹ est: vt gñatiua: ꝛ tñ sortita excellẽtissimũ oĩuz op⁹ sc3 intelligere hẽant maxime diuersitatẽ sexũ cũ tpali cõmistiõe. Et hec quidem maxima diuersitas insinuat in hoc q seorsum describitur factio mulieris a ꝓductione viri cũ in ceteris aiantibus simul factus vterq3 sexus cõmemoret. Commistio in eo quod subdit: ꝛ erũt duo i carne vna. Ex his patet rõ añtis tal. Natura viuẽs gñatiua sortita excellentissimam operationẽ. s. itelligere exigit maximã sex⁹ diuersitatẽ cũ eoz qñq3 cõmistione: nã hũana ẽ hmõi: ꝰ sol⁹ vir ñ suffic: sz oportuit dari sibi adiutoriũ ad gñatiõis op⁹. ¶Circa ꝓbõnẽ ɔñe dubiũ occurrit. Nõ eñi vr verũ qđ ibi dr sc3 q ad oẽ opus melius viro per aliũ virũ adiutoriũ p̃statur q̃z per feminaz: excepta gñone: inq̃t eniz aristo. in.3. economicoz: q alia sũt ꝓpa opa viri: ꝛ alia vxoris in domo. Et in sequẽti artĩo expresse dr: q in humana spẽ mas ꝛ feĩa cõiũgunt nõ solũ ad gñonẽ: sz ad domesticã vitã in q̃ alia sunt mar; alia feie opa. Cõstat aũt q vnũqđq3 opus melius fit p eũ: cui ẽ ꝓpriũ q̃z p aliuz. Igit preter gñationẽ alia sunt q̃ p feminã melius parãt q̃z p virũ: iuxta illud vbi nõ est mulier ingemiscit eger. Ad hoc est dicẽdũ cũ duplici distõne prima q aliud est loq̃ de vxore in cõparatiõe ad maritũ: ꝛ aliđ absolute de feĩa ꝛ viro. Scđa est q aliud est loq̃ de femina et viro ceteris paribus ꝛ aliud est loqui de femĩa sic affecta aut erudita vel assueta
ꝛc. Sermo siq̃dẽ est 492
litere: de femina et viro absolute Arist. ꝛ articulus sequẽns loquuntur de femina in comparatione ad
maritũ. Et vez est q b
multa sunt in dome 406
stica vita: q̃ nõ solum 483
melius fiũt per vxorem: sed simpliciter nõ decent maritum: q̃n potius nec scire debet talia: vt ibidẽ dicitur Sed ex hoc non sequitur q̃n ista

Universidad de Deusto Biblioteca

melius fieret p vnū aut plures alios viros: ex hoc em̄ q meli⁹ p ipāz q̃z p maritū fit: nō sequit̄/ ergo meli⁹ q̃z p virū. Multa q̃q3 sunt opa: q̄ meli⁹ separāt̄ a muliere q̃z a viro rōne affect⁹ maioris/ ɔsuetudis instructiōis ⁊c. ⁊ pp h̄ vbi nō est mulier ingemiscit eger. Et ſm h̄ mas ⁊ femina in hoib⁹ iungunt̄ ad opa vite domestice: q2 maximū vinculū amicabilis ⁊ ppetue cōiunctiōis reddet magis idoneā feminā vxorē ad hmōi opa q̃z virū: cum q̄ non est rō tāti vinculi. Stat q̄ solidū dictū lr̄e ex Aug. acceptum.

¶ Super arti.2.

Titul⁹ clarus. ¶ In corpore vna cōclō rn̄siua quesito affirma-
482 tiue. Mulier conuenienter ex viro formata ē. Qd̄ pbat q̄druplr̄
b primo ex pte dignitatis viri ex parte
33 amabilitatis mulieris. ex pte finis secūdarij. s. domestice vi-
460 te. ex parte sacri.

Super arti.3.

Titul⁹ clar⁹. ¶ In corpore vna cōclō rn̄siua q̄sito affirmatiue. Cōueniens fuit mulierē formari de costa viri. probatur duplr̄. primo/ ex pte cōiunctiōis socialis nō dn̄atiue/ ex quacunq3 parte. scd̄o ex pte sacri. ¶ In rn̄sione ad pmū aduerte/ q q2 mā puenit act⁹ oim predicatorū: vt dr̄. 7. meta. nec ē q̄d nec q̄le/ nec quātū: s3 oiā in po^a. idcirco p̄ter eēntiā mãe est ⁊ magnitudo et mltitudo: q̄ ad p̄dicatū quātitatis pti-
c nēt: p̄ter eēntiā aūt
485 ei⁹ sūt hec i actu nō in po^a. Uerū nō est putādū mām exn̄tē sub q̄cūq3 dimēsiōe eē in po^a ad quātācūq3 dimēsionē: s3 ē certus limes/ vltra quē nec in po^a extēdit. Et ppea cōiter ⁊ bn̄ dr̄/ q l3/ i eēntia mãe non der maius aut min⁹ mltitudo vel paucitas: dat tn̄ in ea plus ⁊ minus. ita q pl⁹ mãe ē sub pedali terre q̃z sub pedali ignis. Et hoc p3 ex rōnib⁹ rari ⁊ dēsi. Et ppea mā existēs sub costa n̄ erat i po^a ad quātācūq3 quātitatē. Et rursus l3 fuerit i po^a ad q̃titatem maiorē mulierē: nō tn̄ seruata densitate debita ad corpus muliebre: et ideo oportuit plus materie hr̄i a corpore longe maiori/ et nō lōge rariore. Super ar.4. Titul⁹ clar⁹. ¶ In corpore vna con-

titudine si q̄dā per alios sapiētiores gubernati non fuissent. Et sic ex tali subiectione naturaliter femina subiecta est viro: q2 naturaliter in hoīe magis abūdat discretio rōnis. Nec inequalitas hoīm excludit̄ p innocētie statū: vt infra dicet̄. ¶ Ad tertiū dn̄m, q si oīa ex quib⁹ hō sumpsit occōnē peccādi, de⁹ subtraxisset a mūdo: remansisset vniuersum impfectū. Nec debuit bonū cōmune tolli: vt vitaret̄ particulare malū: presertim cū deus sit adeo potens, vt quodlibet malum possit ordinare in bonum.

¶ Utrū mulier debuerit fieri ex viro, art.2.

AD scd̄m Sic pcedit̄. Uidet̄ q mulier nō debuit fieri ex viro. Sexus enim communis est homini et alijs animalibus. Sed in alijs animalibus femine non sunt facte ex maribus. Ergo nec in homine fieri debuit. ¶ Preterea. Eorum que sunt eiusdem speciei eadem est mā. Sed mas ⁊ femina sunt eiusdem speciei. Cum igitur vir fuerit fact⁹ ex limo terre: ex eodem debuit fieri femina, et non ex viro. ¶ p̄. Mulier facta est in adiutorium viro ad generationem. Sed nimia propinquitas reddit personam ad hoc ineptā. Unde ꝑsone propinque a matrimonio excluduntur: vt patet Leui.18. Ergo mulier non debuit fieri ex viro.

Sed cōtra Est, q dicitur Eccle. 17. creauit ex ipso, scz viro adiutorium sibi. s. mulierem.

Rn̄deo Dicendū, q conueniens fuit mulierem in prima rerū institutione ex viro formari magis q̃z in alijs animalibus. ¶ Primo quidē, vt in hoc quedam dignitas primo homini seruaretur: vt scd̄m dei similitudinem esset ⁊ ipse principiū totius sue speciei: sicut deus est principium totius vniuersi. Unde et Pau. dicit act.17. q deus fecit ex vno oē gen⁹ hoim. ¶ Scd̄o, vt vir magis diligeret mulierē: ⁊ ei inseparabilius inhereret: dum cognosceret eam ex se esse productam. Unde dicitur Gen.2. De viro sumpta est. Quamobrē relinquet homo patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori sue. Ex hoc maxime necessariū fuit in spē humana: i qua mas ⁊ femina cōmanent p totā vitā. Qd̄ nō cōtingit in alijs aīalib⁹. ¶ Tertio, quia (vt phs dicit in.8. ethi.) mas ⁊ femina cōiungunt in hoibus: non solū pp necessitatē generationis: vt in alijs aīalibus: sed esset pp domesticā vitā: in q̄ sunt aliq̄ opa viri ⁊ femine: et in qua vir est caput mulieris. Un̄ ɔuenienter ex viro forata est femina: sicut ex suo pn̄o. ¶ Quarta rō est rō sacr̄alis. Figurat̄. n. p hoc q ecclesia a christo sumit pn̄cipiū. Un̄ ap̄ls dicit ad ephe.5. Sacramētum hoc magnū est: ego aūt dico in christo et in ecclesia. ¶ Et per hoc patet responsio ad primum.

Ad secundū Dn̄m, q mā est ex q̄ aliquid fit. Natura aūt creata h3 determinatum principium. Et cum sit determinata ad vnum: etiam h3 determinatū pcessum. Unde ex determinata materia producit aliquid in determinata specie. Sed virtus diuina: cum sit infinita: potest idem scd̄m speciem ex quacunq3 materia facere: sicut virum ex limo terre: ⁊ mulierē ex viro. ¶ Ad tertiū dn̄m, q ex nāli gnātione ɔhitur q̄dam ppinquitas: q̄ matrimoniū impedit. Sed mulier non est pducta a viro p nālē gnōnē: s3 sola ꝟtute diuina. Un̄ Eua nō dr̄ filia ade. Et pp h̄ rō nō sequit̄.

¶ Utrum mulier debuerit formari de costa viri. Arti.3.

AD tertiū Sic pcedit̄. Uidet̄ q mulier nō debuerit formari de costa viri. Costa eīm viri fuit multo minor q̃z corp⁹ mulieris. Sed ex minori non pōt fieri maius nisi vel per additionem. Qd̄ si fuisset: magis ex illo addito mulier formata diceretur q̃z de costa. Uel est per rarefactionē. Q2 (vt dicit Augu. super geñ. ad lit.) nō est possibile vt aliq̄d corp⁹ crescat nisi rarescat. Nō aūt inuenit̄ corpus mulieris rarius q̃z viri. ad minus in ea proportione quā habet costa ad corpus Eue. Ergo Eua non fuit formata de costa Ade. ¶ p̄. In operibus primo creatis non fuit aliquid superfluū. Costa ergo Ade fuit de pfectione corporis eius. Ergo ea subtracta remansit imperfectum: qd̄ vr̄ incōueniens. ¶ p̄. Costa non potest separari ab homine sine dolore. Sed dolor non fuit ante peccatum. Ergo costa non debuit separari a viro: vt ex ea mulier formaretur. 461 2.di.18. q.1.ar. Et.1.co. 7.co.3.

Sed cōtra Est, q dr̄ Geñ.2. Edificauit dn̄s deus costam: quā tulerat de Adam in mulierem.

Rn̄deo Dn̄m, q ɔueniens fuit mulierē formari de costa viri. Primo quidē, ad significandū q inter virū ⁊ mulierē d3 esse socialis cōiunctio. Neq3 eīm mulier d3 dn̄ari in virum. Et ideo non est formata de capite. Neq3 d3 a viro despici tanq̃z seruiliter subiecta. Et ideo nō est formata de pedib⁹. Secundo pter sacramentum. Quia de latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta id est sanguis ⁊ aqua: quibus est ecclesia instituta.

Ad primū Ergo dn̄m, q q̄dā dicūt p multiplicationē mãe absq3 alterius additione formatū fuisse corp⁹ mulieris: ad modū quo dn̄s quinq3 panes multiplicauit. 583
Sed hoc est oīno impossibile. Multiplicatio eīm p̄dicta aut accidit ſm trāsmutationē subiecte ipsius mãe: aut ſ3 trāsmutationē dimēsionū eius. Non autem secundum transmutationem subiecte ipsius materie. Tum quia materia in se considerata est oīno transmutabilis: vtpote existēs in potētia: ⁊ hn̄s solū rationem subiecti. Tum etiā q2 multitudo ⁊ magnitudo sunt p̄ter essentiā ipsius materie. Et ideo nullo mō pōt multiplicatio mãe intelligi eadē materia manēte absq3 additione: nisi per hoc q maiores dimensiones accipiat. Hoc aūt est rarefieri. s. mām eandē accipere maiores dimensiones: vt phs dicit in.4. phy. Dicere ergo mām multiplicari absq3 rarefactiōe est ponere ɔdictoria simul s. diffinitionem absq3 diffinito. Unde cum non appareat rarefactio in talibus multiplicationibus: necesse est ponere additionē mãe: vel per creationē: qd̄ pbabilius est, vel per conuersionem. Unde Aug. dicit super Joā. q hoc mō Christus ex q̄nq3 panib⁹ satiauit q̄nq3 milia hoim: quo mō ex paucis granis pducit multitudinē segetū. Quod fit per cōuersionem alimenti. Dicitur tn̄ vel ex quinq3 panibus turbas pauisse: vel ex costa mulierē formasse: q2 additio facta est ad mām p̄existentē coste vel panum. ¶ Ad ſm dn̄m, q costa illa fuit de perfectione Ade: nō put erat indiuiduū quoddā: s3 put erat pn̄cipiū spēi: sicut semē est de pfectiōe gnātis: qd̄ opatione nāli cū delectatione resoluit̄. Unde multo magis virtute diuina corp⁹ mulieris potuit de costa viri formari absq3 dolore. ¶ Et per hoc patet solutio ad tertium.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ accidit tēperantie et fortitudini ꝙ superabūdantiã passionū repellat: inq̄ntū inuenit passiones supabūdātes in subō. Sed p se ꝯuenit hmōi virtutibus passiones moderari. ¶Ad scđm dōm, qđ ille passiōes ad malū ordinate repugnāt pfectioni primi status: q̄ hñt respectū ad malū in ipso q̄ afficit passiōe: vt timor et dolor. Sz passiones q̄ respiciūt malū in altero nō repugnāt pfectioni primi status. Poterat enī hō in primo statu hr̄e odio malitiam demonū, sicut ⁊ diligere bonitatē dei. Uñ ⁊ virtutes q̄ circa tales passiones essent: possent esse in p̄mo statu: ⁊ q̄ntū ad habitū: et quãtū ad actū. Que vo sunt circa passiones respiciētes malū in eodē subō: si circa hmōi solas passiōes sunt nō poterãt eē in primo statu ƀm actū: sz solū ƀm habitū: sicut de pnia ⁊ misericordia dictū est^c. Sed sunt q̄dã vtutes q̄ nō sunt circa has passiones solū: sz etiã circa alias, sicut tēperātia: q̄ nō solū est circa tristitias: sed ēt circa delectationes, ⁊ fortitudo: q̄ nō solū est circa timorē: sz ēt circa audaciã ⁊ spem. Uñ poterat esse in prio statu actus tēperãtie ƀm ꝙ est moderatiua delectationū: ⁊ silr fortitudo ƀm ꝙ est moderatiua audacie siue spei, nō aūt ƀm ꝙ moderat tristitiã ⁊ timorē. ¶Ad tertiū pz solutio ex his que dicta sunt^c. ¶Ad quartū dōm, ꝙ pseuerātia dupl'r sumit. Uno mō: put est q̄dã virtus. Et sic significat quedã habitū quo q̄s eligit pseuerare in bono. Et sic Adã pseuerātiã habuit. Alio mō put est circūstātia vtutis. Et sic significat cōtinuationē quãdã virtutis absq interruptione. Et hoc mō Adã perseuerātiã nō habuit. ¶Ad quintū patet responsio per ea que dicta sunt^c.

¶Utrū opera primi hominis fuerint minus efficacia ad merendum q̄ opera nostra. Arti. 4.

479 2.di.19. ar.4.

Ad quartū Sic pcedit. Ur qđ opa primi hois fuerint minus efficacia ad merēdū: q̄ opera nrã. Grã enī ex dei misericordia dat: q̄ magis indigētib^9 subuenit magis. Sed nos indigem^9 magis grã q̄ prim^9 hō in statu innocētie. Ergo copiosius infundit nobis grã. Que cū sit radix meriti: opa nrã efficaciora ad merēdū reddunt. ¶℣. Ad meritū requirit pugna quedam ⁊ difficultas. Dicitur enī. 2. ad Timo. 2. Non coronabitur: nisi qui legitime certauerit. Et phs dicit in. 2. ethi. qđ virtus est circa difficile ⁊ bonū. Sed nūc est maior pugna ⁊ difficultas. Ergo ⁊ maior efficacia ad merendum. ¶℣. Magister dicit. 24. di. 2. lib. sen. ꝙ hō nō meruisset tentationi resistendo. Nunc aūt meretur qui tentationi resistit. Ergo efficaciora sunt opera nostra ad merendum: q̄ in primo statu.

Sed contra Est: quia ƀm hoc homo esset melioris conditionis post peccatum.

Rñdeo Dōm, qđ quãtitas meriti ex duob^9 pōt pēsari. Uno mō ex radice charitatis ⁊ grē. Et talis q̄ntitas meriti rñdet premio essentiali: qđ consistit in dei fruitione. Qui enī ex maiori charitate aliqđ facit: perfectius deo fruitur. Alio mō pensari pōt quãtitas meriti ex quãtitate operis. Que quidē est duplex. s. absoluta: ⁊ pportionalis. Uidua enī q̄ misit duo era minuta in gazophyl. minus opus fecit quãtitate absoluta: q̄ illi q̄ magna munera posuerūt. Sed quãtitate pportionali vidua plus fecit ƀm sniam dñi: qr magis eius facultatē superabat. Utraq tñ quãtitas meriti rñdet premio accidētali: qđ est gaudiū de bono creato. Sic igit dōm, ꝙ efficaciora fuissent hoīs opa ad merendū in statu innocētie q̄ post pctm̄: si attēdatur quãtitas meriti ex parte gratie: q̄ tunc copiosior fuisset nullo obstaculo in natura humana inuento. Silr etiã si cōsideretur absoluta quãtitas operis. Quia cum hō esset maioris virtutis: maiora opera fecisset. Sed si ꝯsideretur quãtitas pportionalis: maior inuenitur ratio meriti post peccatum ppter hois imbecillitatem. Magis enim excedit paruum opus potestatez eius qui cum difficultate operatur illud: q̄ opus magnum potestatem eius qui sine difficultate operatur.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ hō post pctm̄ ad plura indiget grã q̄ ante pctm̄: sed nō magis: qr hō etiã ante pctm̄ indigebat grã ad vitã eternã cōsequendã, q̄ est principalis necessitas grē. Sed hō post pctm̄ sup hoc indiget grã etiã ad peccati remissionē: ⁊ ifirmitatis sustētationē. ¶Ad scđm dōm, ꝙ difficultas ⁊ pugna pertinent ad quãtitatē meriti ƀm quantitatē operis pportionalē: vt dictū est^c. Et est signum promptitudinis volūtatis: q̄ conatur ad id qđ est sibi difficile. Promptitudo aūt volūtatis causat ex magnitudine charitatis.

ꝯclusio rñsiua q̄sito hñs duas ptes: hō i statu inocētie habuit aliq̄liter oēs vtutes. Probat primo. ꝙ habuit oēs vtutes. scđo declarat ly aliq̄liter: ꝙ est declarare modū hñdi. Primū pbat ex rectitudine p̄mi stat^9 sic. rō hois erat subta deo: ⁊ rōni iferiores vires. g in eo erãt oēs vtutes. Añs pz: ꝯña pbat: qr vtutes nihil aliud sunt q̄ pfectiones subdētes supiora deo ⁊ iferiora rōni. Scđm declarat distinguēdo vtutes in duplicē ordinē. s. earū q̄ iperfectionē nullã cōtinent/ ⁊ he ƀm habitū ⁊ actū inerāt. Et q̄ imperfectionez iportant. Et he duplices sunt: qr quarūdã imperfectio illi statui nō repugnabat ⁊ he silr inerant ƀm habitū ⁊ actū/ vt fides ⁊ spes: quarūdã vo illi statui repugnabat: vt penitētia et mia. Et he ƀm habitū nō ƀm actū erāt: qr malum et ꝯñr dolor et culpa non fuissent. Oia clara sunt: et ex quarto ethi. de verecūdo habitualiter tantū confirmantur.

Pōt aūt ꝯtingere ꝙ aliq̄s ita prōpta volūtate faciat op^9 aliqđ facile: sicut ali^9 difficile: qr parat^9 eēt facere, ēt qđ sibi esset difficile. Difficultas tñ actualis inq̄ntū est penalis: hz ēt ꝙ sit satisfactoria p pctō. ¶Ad tertiū dōm, ꝙ resistere tētationi primo hoi nō fuisset meritoriuz: ƀm opinionē ponentium qđ gratiã nō haberet: sicut nec mō est meritorium nō habēti gratiã. Sed in hoc est differētia: qr in primo statu nihil erat interi^9 ipellēs ad malū: sicut mō est. Uñ magis tūc poterat hō resistere tētationi sine grã: q̄ mō.

¶De dominio qđ competebat homini in statu innocentie. Questio. 96.

Deinde Cōsiderādū est de dñio qđ competebat hoi in statu innocētie. ¶Et circa hoc querunt quatuor. Primo, vtruz hō in statu innocētie aialib^9 dñaret. Scđo, vtrū dñaretur oi creature. Tertio, vtrū in statu inocētie oēs hoies fuissent equales. Quarto, vtrū hoies hominibus dominarentur in illo statu.

¶Utrum adam in statu innocentie animalibus dominaretur. Arti. 1.

Ad primū Sic pcedi tur. Ur qđ Adã in statu innocētie aialib^9 nō dñabat. Dicit enī Augu. 9. sup Geñ. ad lraz: ꝙ ministerio ageloꝝ aialia sunt adducta ad Adã: vt eis noia imponeret. Non aūt fuisset ibi necessariū angeloꝝ ministeriū: si hō p seipm aialibus dñabat. Nō g in statu inocētie habuit dñiuz hō sup alia aialia. ¶℣. Ea q̄ ab inuicē discordãt nō recte sub vno dñio ꝯgregãtur. Sed multa aialia nãliter abinuicē discordãt: sicut ouis ⁊ lupus. Ergo oia aialia sub hois dñio non ꝯtinebant. ¶℣. Hiero. dicit, qđ hoi añ pctm̄ nō indigēti deus aialiū dñationē dedit. Presciebat enī hominē adminiculo aialiū adiuuandū fore post lapsum. Ergo ad min^9 vsus dñii super aialia nō cōpetebat hoi ante pctm̄. ¶℣. Propriū dñi esse videtur pcipere. Sed pceptū nō recte fert nisi ad habētem rōnē. ergo hō non habebat dñium sup animalia irrationalia.

Sed ꝯtra Est, ꝙ dr Geñ. 1. de homine, Presit piscibus maris: ⁊ volatilibus celi: ⁊ bestiis terre.

Rñdeo Dōm, qđ sicut supra dictuz est^c, inobediētia ad hoiem eoꝝ que ei debēt esse subiecta subsecuta est in penã ei^9: eo ꝙ ipe fuit inobediēs deo. Et ideo in statu innocētie añ inobediētiã p̄dictã nihil ei repugnabat qđ nãliter deberet ei esse subm. Oia aūt aialia sunt hoi nãliter subiecta. Qđ apparet ex trib^9. Prio ex ipso nãe pcessu. Sicut enī in gñatiōe rerū intelligit q̄dã ordo q̄ pcedit de impfecto ad pfectū: nã mã est ppt formã: et forma ipfectior ppter pfectiorē: ita ēt est in vsu rerū nãliū. Nã impfectiora cedūt in vsuz pfectoꝝ. Plãte enī vtunt terra ad sui nutrimētum: aialia vo plãtis: ⁊ hoies plãtis ⁊ aialib^9. Uñ nãlr hō dñat aialib^9. Et ppter hoc phs dicit in 1. politicoꝝ ꝙ venatio siluestrium aialiū est iusta ⁊ nãlis: qr p eã hō vendicat sibi qđ est

¶Super Arti. 4.

Titul^9 clar^9. ¶In corpore duo. Prio distinguit. Secundo iuxta singula distinctiōis mēbra rñdet. ¶Quo ad p̄mū quãtitas meriti ex dupli ci cã orit. s. gratia: et quãtitate operis. Et qr hec est duplex. s. absoluta et pportionalis sit triplex radix grã/ quãtitas operis absoluta: ⁊ quãtitas proportionalis: patent in litera oñia. ¶Quo ad scđm sunt tres cōclusiones. Prima est opa p̄mi hois erant efficaciora ex parte grē. Probat: qr maior grã. probat. qr nullo obstaculo impedita. Scđa ꝯclusio est: opera primi hois erant efficaciora ad meritū ex quãtitate opis absoluta. Probatur: qr maiora opera fecisset: pbatur. qr maioris vtutis erat. Tertia est opera primi hominis erãt minus efficacia ex quãtitatis pportionali operū. Probatur. qr opera hec parua magis excedūt potestatem nostram: q̄ illa magna ptãtē illius: pbat: qr nos cū difficultate hec: ille sine difficultate illa: et radix est: quia nos imbecilles: ille sanus et robustus.

408 2.d.44 q.1.ar.3. Et opus. 20. lib.3 ca.9.

¶Sup. q. 96. Art. 1.

Titul^9 clar^9. ¶In corpore vna cōclusio rñsiua quesito affirmatiue. Adã in statu innocētie dñabat aialib^9. pbat: oia aia

Universidad de Deusto Biblioteca

137 lia nālr subta sūt homini: ergo in statu innocentie illi obediebāt: qꝺ ē ītētū: ꝯña ꝓbat: qꝛ añ inobedientiā dei: nulla erat subditoꝝ iobedictia: qꝺ ꝓbat: qꝛ istoꝝ inobediētia est effect⁹ illi⁹ ꝑme iobediētie. Añs aūt ꝓbat triplr. ꝑmo ex ꝓcessu nāe: impfectiora subsunt pfectis qdditatiue ⁊ vsualr. Scꝺo ex ordine diuine ꝓuidētie: qꝛ inferiora per supiora gubernat. tertio ex proprietatibus vtriusqꝫ: qꝛ qꝺ est per ptē tale subest nālr ei qꝺ est vlr tale: aīalia sunt prudētia ẜm ptē. i. ad aliqd hō vlr: ergo.

¶Circa hec dicta occurrit dubitatiūcula: qm̄ hic dr: ꝙ dñium sup aīalia est naturale hoi: hic etiā dr: ꝙ ꝓditū est tale dñium ꝑ pctm̄: ꝯstat em̄ nālia nō esse ablata ꝑ peccatū: qn et hac rōne paulo superi⁹ ꝓbatū est ꝙ subiectio viriū inferioꝝ rationi non erat nālis: quia nō remāsit post pctm̄: par autem est hic ratio.

¶Ad hoc breuiter dr ꝙ distinguēdū est inter subiōnē ⁊ obediētiam: subiectio enim ⁊ aialiū hoi: ⁊ virium inferioꝝ rōni est naturalis: obediētia ꝟo vtroꝝūqꝫ ⁊ siliuz erat supnālis: grā em̄ pficiebat nām: ⁊ qꝺ nā subiecerat: grā obsequens reddebat. Sic igit vtrobiqꝫ obediētia pdita: qꝛ supnaturalis subiectio nālis remāsit cū pugna et ad vtrūqꝫ insinuādū in lrā dr: qꝺ id qꝺ naturaliter est subm̄ homini: tūc nō repugnabat: vbi expresse ambo explicata sunt.

481 Locis S. arti.1. notatis.

¶Super Arti.2.

Titul⁹ clarus ¶In corpore vna ꝯclusio trimēbris: hō nō dñabatur angelis: sꝫ aialibus imperādo: plātis ꝟo ⁊ inaiatis vtēdo absqꝫ impedimento. Probat. oīa sunt qdāmō in hoīe: ergo dñium hoīs respectu alioꝝ est iuxta dñiuz inuentū in ipso hoīe: ergo nō dñabatur angelis: sed aialib⁹ imperando: ⁊ reliquis absqꝫ impedimento vtēdo. Añs ꝓbatur: qꝛ in hoīe sunt quatuor quibus cum oibus cōicat rō sensus:

455 vegetatio et corpus. Prima cōsequētia est satis rōnabilis: qm̄

naturalr suū. Scꝺo apparet hoc ex ordine diuine ꝓuidētie: q̄ semꝑ inferiora ꝑ superiora gubernat. Vñ cū hō sit supra cetera aialia: vtpote ad imaginem dei fact⁹ ꝯueniēter ei⁹ gubernatiōi alia aialia subdunt. Tertio appet idē ex ꝓprietate hoīs ⁊ alioꝝ aialiū. In alijs em̄ aialib⁹ inuenit ẜm estimationem nālē qdā pticipatio prudētie ad aliqs ꝑticulares act⁹: in hoīe aūt vlis prudētia q̄ est rō oīum agibiliū. Omne aūt qꝺ est ꝑ pticipationē subdit ei qꝺ est ꝑ essentiā ⁊ vlr. Vñ pꝫ ꝙ nālis est subio alioꝝ aialium ad hoiem.

Ad primū Ergo dōm: ꝙ in subos multa pōt facere supior ptās q̄ nō pōt facere inferior. Angelus autē est naturalr supior hoīe. Vñ aliqs effect⁹ poterat fieri circa aialia ꝟtute angelica: q̄ non poterat fieri ptāte hūana. s. ꝙ statim oīa aialia ꝯgregarent. ¶Ad 2^m dōm, ꝙ qdā dñt ꝙ aialia q̄ nūc sunt ferocia ⁊ occidūt alia aialia: in statu illo fuissent mansueta non solum circa hominem, sed etiam circa alia animalia. Sed hoc est omnino irrationabile. Nō enim ꝑ pctm̄ hoīs natura aialium est mutata, vt qb⁹ nūc naturale est comedere alioꝝ aialiū carnes: tūc vixissent de herbis: sicut leones ⁊ falcões. Nec glo. Bede dicit Geñ. 1. ꝙ ligna ⁊ herbe date sunt oībus aialib⁹ ⁊ auib⁹ in cibū: sꝫ qbusdā. Fuisset ḡ naturalis discordia iter qdā aialia. Nec tñ ꝑꝑ hoc subtraherent dñio hoīs: sicut nec nūc ꝑꝑ hoc subtrahūt dñio dei: cui⁹ ꝓuidētia hic totū dispēsat. Et hui⁹ ꝓuidētie hō executor fuisset: vt et nūc appet i aialib⁹ domesticis. Ministrant em̄ falconib⁹ domesticis ꝑ hoīes galline in cibū. ¶Ad 3^m dōm, ꝙ hoīes in statu innocētie nō idigebāt aialib⁹ ad necessitatē corpalē, neqꝫ ad tegumētum: qꝛ nudi erāt ⁊ nō erubescebāt nullo instāte iordinate cōcupiscētie motu: neqꝫ ad cibū: qꝛ lignis padisi vescebant: neqꝫ ad vehiculū ꝑꝑ corpis robur. indigebāt tñ eis ad expimētalē cognitionē sumēdā de naturis coꝝ. Qꝺ significatum est ꝑ hoc ꝙ de⁹ ad eū aialia adduxit: vt eis noīa iponeret: q̄ eoꝝ naturas designat. ¶Ad 4^m dōm, ꝙ oīa aialia hñt quādā pticipationē prudētie ⁊ rōnis ẜm estimationē naturalē: ex qua ꝯtingit ꝙ grues sequuntur ducem: ⁊ apes obediūt regi. Et sic tunc oīa aialia per seipsa homini obediuissent: sicut nunc quedam domestica ei obediunt.

¶Utrum homo habuisset dominiū super omnes alias creaturas. Arti.2.

Ad scōm Sic ꝓcedit. Vr, ꝙ hō non habuisset dñiū sup oēs als creaturas. Angel⁹ em̄ nālr est maioris ptātis q̄ hō. Sed sicut dicit Aug. 3. de tri. mā corpalis nō obediuisset ad nutū et sctis angelis. Ergo multo min⁹ hoī in statu innocētie. ¶P̄. In plātis non sunt de virib⁹ aīe nisi nutritiua: ⁊ augmētatiua, ⁊ gñatiua. He aūt nō sunt nate obedire rōni vt in vno ⁊ eodē hoīe appet. Ergo: cuꝫ dñiū cōpetat hoī ẜm rōnē: vr ꝙ plātis hō in statu innocētie nō dñaretur. ¶P̄. Quicūqꝫ dñat alicui rei pōt illā rem mutare. Sed homo nō potuisset mutare cursum celestium corpoꝝ. Hoc em̄ solius dei est: vt Dio. dicit in eplā ad policar. Ergo nō dñabatur eis.

Sed ꝯ Est, ꝙ dr geñ. 1. de hoīe, Presit vniuerse creature.

Rñdeo Dōm, ꝙ in hoīe quodāmō sunt oīa. Et iō ẜm modū q dñat his q̄ in seipso sunt: ẜm hūc modū cōpetit ei dñari alijs. Est aūt in hoīe q̄tuor ꝯsiderare. s. rōnē: ẜm quā conuenit cū angelis: vires sensitiuas: ẜm q̄s ꝯuenit cū aialib⁹: vires nāles: ẜm q̄s ꝯuenit cū plātis: ⁊ ipm̄ corpus: ẜm qꝺ ꝯuenit cū reb⁹ iaiatis. Rō āt in hoīe hꝫ locū dñantis: ⁊ nō subi dñio. Vñ hō āgelis nō dñabat in p̄ statu. Et ꝙ dr oi creature: itelligit q̄ nō est ad imaginem dei. Viribus aūt sensitiuis: sicut irascibili ⁊ ꝯcupiscibili q̄ aliqlr obediūt rōni: dñat aia ipando. Vñ in statu innocētie aialib⁹ alijs ꝑ impium dñabat. Virib⁹ aūt naturalib⁹ ⁊ ipsi corpi hō dñabat: nō qdē impando. sꝫ vtēdo. Et sic et hō in statu innocētie dñabat plātis ⁊ rebus inaiatis: nō ꝑ impium vel imutationē: sed absqꝫ impedimēto vtendo eoꝝ auxilio. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶Utrum homines in statu innocentie fuissent equales. Arti.3.

Ad tertiū Sic ꝓceditur. Vr, ꝙ hoies in statu inocētie oēs fuissent eq̄les. Dicit em̄ Grego. ꝙ vbi nō delīqmus oēs pares sumus. Sed in statu inocētie nō erat delictū. Ergo oēs erāt pares. ¶P̄. Silitudo ⁊ eq̄litas est rō mutue dilectionis: ẜm illud eccl. 13. Omne aial diligit sibi sile: sic ⁊ ois hō ꝓximū sibi. In illo aūt statu iter hoies abūdabat dilectio: q̄ est vinculū pacis. Ergo oēs fuissent pares in statu innocētie. ¶P̄. Cessante causa, cessat effectus. Sed causa ineq̄litatis inter hoies vr nūc esse ex pte qdē dei ꝙ quosdam ꝓ meritis premiat, quosdā ꝟo punit: ex pte ꝟo nature: qꝛ ꝑꝑ nature defectū qdā nascūt debiles ⁊ orbati: quidam aūt fortes ⁊ pfecti. Que in primo statu fuissent.

Sed ꝯtra Est, ꝙ dr Ro. 13. Que a deo sunt: ordinata sunt. Ordo aūt maxime vr in disparitate cōsistere. Dicit em̄ Augu. 19. de ciui. dei, Ordo est parium disparīūqꝫ rerum sua cuiqꝫ loca tribuēs dispositio. Ergo in primo statu: q̄ decentissimus fuisset: disparitas inueniretur.

Rñdeo Dōm, ꝙ necesse ē dicere aliquā disparitatē in pmo statu fuisse ad minus quātū ad sexum: qꝛ sine diuersitate sexus gñatio nō fuisset. Silr etiam q̄tum ad etatē. Sic em̄ quidā ex alijs nascebant, nec illi q̄ miscebant steriles erāt. Sed ⁊ ẜm aiam diuersitas fuisset: ⁊ q̄tū ad iustitiam: ⁊ q̄tū ad sciam. Nō em̄ ex necessitate hō opabat: sed per liberū arbi. ex quo rō hꝫ ꝙ hō possit magis ⁊ minus animū applicare ad aliqd faciēdū vel volēdū, vel cognoscendū. Unde quidā magis ꝓfecissent in iustitia ⁊ scientia q̄ alij. Ex parte etiā corpis poterat esse disparitas. Nō em̄ erat exēptū corpus humanū totalr a legibus nature: quin ex exteriorib⁹ āgētib⁹ aliqꝺ cōmodū aut auxiliū recipet magis ⁊ min⁹: cū etiā et cibis coꝝ vita sustētaretur. Et sic nihil ꝓhibet dicere qn ẜm diuersam dispōnē aeris et diuersuꝫ sitū stellaꝝ, aliq robustiores corpe gñarent q̄ alij: ⁊ maiores ⁊ pulchriores, et meli⁹ cōplexionati: ita tñ ꝙ in illis q̄ excederētur, nullus esset defectus siue peccatuꝫ: siue circa animam: siue circa corpus.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ Grego. per verba sua intendit excludere disparitatem, que est ẜm differentiam iustitie ⁊ peccati. Ex qua ꝯtingit ꝙ aliqui penaliter sunt sub alijs coercēdi. ¶Ad scōm dōm, ꝙ equalitas est causa ꝙ dilectio mutua sit equalis. Sed tñ inter ineq̄les pōt

vnicuiqꝫ cōuenit preesse vel subesse ẜm cōformitatem ad gradum suum. Et nota ꝙ non solum de dominio: sed de modo dñij agit ꝯña: vt manifeste explicatur in sequēti ꝯña. Secūda ꝟo ꝯña, quo ad pmā ptē primo ꝓbatur: qꝛ rō in hoīe est sub ratione dñantis: ⁊ nulli in eo seruiētis. Deinde rñdet tacite obiectioni: qꝛ. s. gene. pmo dr de hoīe ꝙ presit oi creature. glosat non ad imaginem dei. 406 Quo ad scꝺam ptem probat. qꝛ rō preest viribus sensitiuis per imperiū. Quo ad tertiā ꝟo: qꝛ rō preest pti vegetatiue ⁊ corpori nō imperādo: nec immutādo vt pꝫ: sꝫ vtēdo absqꝫ resistentia: hꝫ em̄ dominiū despoticum.

482 S.q.92. ar.1.2m Et.1.ar. 4.col.

¶Super Articulum tertium.

Titul⁹ clar⁹. ¶In corpore duo primo respōdet quo ad necessariū. scꝺo quo ad possibile.

¶Quo ad prim̄ cōclusio est rñsiua q̄sito affirmatiua de necessario. Necesse ē aliquā disparitatē inter homines in statu innocētie fuisse. Et ꝓbat q ad duo. s. sexū ⁊ etatē. Sex⁹ qdē: qꝛ al gñatio nō fuisset. Etateꝫ ꝟo: qꝛ semper priores maiores filijs.

¶Quo ad 2m tria dicit. Prio ꝙ ineq̄litas fuisset q̄ ad aiaꝫ. Scꝺo quo ad corpus. Tertio ostendit: q̄lr ista ineq̄litas se habebat ad malū. Secundum animā inequalitas ponit potio: ⁊ q ad intellectum rōne sciētie: ⁊ quo ad volūtatē rōne iustitie: qꝛ liberū erat applicare se magis ⁊ minus ad sciēdū vel operādu3. Scꝺm corpus ꝟo ponitur ineq̄litas possibilis rōne melioris cōplexiōis, pulchrioris, robustioris ⁊c. qꝛ corpus humanū magis ⁊ minus participasset: vel tale celi influxum, vel tales nāe cās ⁊c. oīa clara sunt. Denium nulla ineq̄litas in his qui minus habebāt esse poterat: que haberet rationem mali, defect⁹ aūt peccati: siue spectantium ad animā: siue ad corpus: ⁊ per hoc omnis obiectio excluditur.

¶Super arti.4.

Titul⁹ clar⁹. ¶In corpore tria. Prio proponuntur conclusiones respōsiue. Secūdo probatur negatiua. Tertio affirmatiua.

483 12.q6. 164.ar. 1.cor.et id pmū. E.2.d. 44.q.1. ar.3. Et opus. 20.li.2. c.9.co. Et li.3. c.9.fi.⁊ c.11.fi.

¶Quo ad primum duo. distinctio bimēbris: et conclusiones iuxta singula membra. Distinctio est. Dominiū duplex: vt distinguitur contra seruitutem: ⁊ vt contra subiectionem qualitercunqꝫ. Prima conclusio. dominiuꝫ primo modo nō erat in statu innocētie. Secūda cōclusio: dominium secunduꝫ erat in illo statu.

¶Quo ad scꝺm ꝓbatur prima ꝯclusio negatiua. s. Dominiuꝫ primū importat ordinationeꝫ subditi ad bonuꝫ domini: ergo tristitiam subditi: ergo penam: ergo non fuisset tūc. Añs ꝓbat ex differētia inter seruum ⁊ liberū. primo met. qꝛ. s. liberum est propter se, seruus: ꝓpter aliud. i. dñꝫ. Prima ꝯña probat: quia tristabile est vnicuiqꝫ ꝓprium bonū ꝓpter alterū tantū oportere agere. ꝓbatur: qꝛ naturaliter amat ad oppositū. s. ꝓpter seipsum. Scꝺa consequentia est per se nota. ⁊ similiter tertia.

¶Quo ad tertiū probatur conclusio affirmatiua: ⁊ duo fiunt. Primo describit natura talis dñij et dr: ꝙ est ordinatiuū subditi ad ipsi⁹ subditi vel cōe bonum: qꝛ est ad liberos: qui sunt ꝓpter se. Scꝺo ꝓbat duplr. primo hō erat animal sociale: ergo opus erat vno dirigente: et intendente cōe bonū. Añs pꝫ. cōsequētia ꝓbatur dupliciter. primo: quia multa multa ꝑ se intendunt: et vnū vnū. scꝺo authoritate Aristo. Scꝺo. ꝓbatur cōclusio ex disparitate hoim: aliqui pstitissent sciētia ⁊ iustitia: ergo gubernassēt alios. ꝓbatur ꝯña authoritate Petri apostoli: ⁊ Augusti. ⁊c.

¶Sup. q.97. Art.1.

Titul⁹ clar⁹. ¶In corpore vna cōclusio rñsiua quesito. hō in statu innocentie

esse maior dilectio q̄ inter equales: lꝫ non equalr vtrinqꝫ rñdeat. Pr em̄ plus diligit filiū naturalr q̄ frater fratrē: lꝫ fili⁹ nō tantūdē diligat prēꝫ, sicut ab eo diligit. ¶Ad tertiū dōm, ꝙ cā disparitatis poterat eē ex parte dei: nō qdē vt puniret quosdā ⁊ quosdam pmiaret: sed vt quosdā plus, quosdā minus sublimaret: vt pulchritudo ordinis magis in hoibus reluceret. Et etiā ex parte nāe poterat disparitas causari ẜꝫ pdictū modum absqꝫ aliquo defectu nature.

¶Utrum homo in statu innocētie homini dominabatur. Arti.4.

Ad quartū Sic ꝓcedit. Vr ꝙ hō in statu innocētie hoi nō dñabat. Dicit em̄ Aug. 19. de ciui. dei: Hoiēꝫ rōnalē ad imaginē suā factū nō voluit de⁹ nisi irrōnabilibus dñari. Nō hoiem hoi: sed hoiem pecori. ¶P̄. Illud qꝺ est introductū in penam pcti: nō fuisset in statu innocētie. Sꝫ hoiem subesse hoi introductū est in penā pcti. Dictū est em̄ mulieri post pctm̄: sub ptāte viri eris: vt dr geñ. 3. Ergo in statu innocētie nō erat hō hoi subiectus. ¶P̄. Subiectio libertati opponit. Sed libertas est vnuꝫ de pcipuis bonis: qꝺ in statu innocētie nō defuisset: qn nihil aberat qꝺ bona volūtas cupere posset: vt Aug. dicit. 14. ꝺ ci. dei. Ergo hō homini in statu innocētie non dñabat.

Sed ꝯ. Cōditio hoim in statu innocētie nō erat dignior q̄ cōditio angeloꝝ. Sꝫ inter angelos quidā alijs dñantur. Vñ ⁊ vnus ordo dominationū vocatur. Ergo non est ꝯ dignitatē status innocentie qꝺ homo homini dominaretur.

Rñdeo Dōm, qꝺ dñium accipit dupliciter. Vno mō ẜm qꝺ opponit seruituti. Et sic dñs dr cui aliqs subditur: vt seruus. Alio mō accipit dñiuꝫ ẜm ꝙ cōiter refert ad subꝫ qualitercūqꝫ. Et sic etiā ille q̄ hꝫ officiū gubernādi ⁊ dirigendi liberos: dñs dici pōt. Primo ergo mō accepto dñio: in statu innocentie hō hoi non dñaret. Sed scꝺo mō accepto dñio: in statu innocētie hō hoi dñari potuisset. Cui⁹ rō est: qꝛ seruus in hoc differt a libero: ꝙ liber est cā sui. vt dr in p⁹ in. meta. seruus aūt ordinat ad aliū. Tūc ergo aliqs dñatur alicui vt seruo: qn̄ eū cui dñatur ad ꝓpriā vtilitatē sui. s. dñantis refert. Et qꝛ vnicuiqꝫ est appetibile ꝓpriū bonū: ⁊ ꝑ ꝯñs cōtristabile est vnicuiqꝫ ꝙ illud bonū qꝺ deberet esse suuꝫ cedat alteri tm̄: ideo tale dñium nō pōt esse sine pena suboꝝ. Propter qꝺ in statu innocētie nō fuisset tale dñium hoīs ad hoiem. Tūc ꝟo dñatur aliqs alteri vt libero: qn̄ dirigit ipm̄ ad ꝓpriū bonū ei⁹ q̄ dirigit, vl ad bonū cōe. Et tale dñium hoīs ad hoiem in statu innocētie fuisset ꝓpter duo. Primo, qꝛ hō naturalr ē animal sociale. Vñ hoies in statu innocētie socialr vixissent. Socialis aūt vita multoꝝ esse nō posset: nisi aliqs psideret qui ad bonū cōe intēderet. Multi em̄ ꝑ se intēdūt ad multa: vnus ꝟo ad vnū. Et ideo phs dicit in p̄n⁹ politice. Qñcūqꝫ multa ordinant ad vnū: semꝑ inuenit vnuꝫ vt principale ⁊ dirigēs. Scꝺo, qꝛ si vnus hō habuisset super aliū supereminētiā sciētie ⁊ iustitie: incōueniens fuisset nisi hoc exeq̄ret in vtilitatē alio: ẜm ꝙ dr. 1. pe. 4. Vnusquisqꝫ gratiā quā accepit in alterutrū illaꝫ administrātes. Vñ Aug. dicit. 19. de ci. dei, ꝙ iusti nō dominādi cupiditate imperant: sed officio cōsulēdi: hoc naturalis ordo p̄scribit: ita deus hoiem cōdidit. ¶Et ꝑ hoc patet rñsio ad omnia obiecta: que ꝓcedūt de primo modo dominij.

¶De his q̄ pertinēt ad statum primi hoīs quātū ad ꝯseruationē indiuidui. Qō. 97.

Deinde Cōsiderādū est de his q̄ pertinēt ad statuꝫ primi hoīs ẜm corp⁹. Et primo quātū ad ꝯseruationē indiuidui. Scꝺo, quātū ad ꝯseruationem speciei. ¶Circa primū querūtur quatuor. Primo, vtrū hō in statu innocētie esset immortalis. Scꝺo, vtrū eēt impassibilis. Tertio, vtrū indigeret cibis. Quarto, vtrum per lignum vite immortalitatem consequeretur.

¶Utrum homo in statu innocētie esset immortalis. Arti.1.

Ad primū Sic ꝓcedit. Vr qꝺ hō in statu innocētie nō erat immortalis. Mortale em̄ ponit in diffinitione hoīs. Sed remota diffinitione aufert diffinitū: ḡ si hō erat nō poterat esse immortalis. ¶P̄. Corruptibile ⁊ incorruptibile gñe differunt: vt dr in. 10. meta. Sed eoꝝ q̄ differūt gñe: nō est transmutatio inuicē. Si ḡ prim⁹ hō fuit incorruptibilis: nō posset hō in statu isto eē corruptibilis. ¶P̄. Si hō in statu innocentie fuit immortalis: aut hoc habuit ꝑ naturā aut ꝑ gratiā. Sꝫ nō ꝑ nām. Quia: cuꝫ nā eadē maneat ẜm speciē: nūc quoqꝫ eēt immortalis. Silr nec ꝑ gratiā. Qꝛ primus hō gratiā ꝑ pniam recuperauit: ẜm illꝺ Sap. x. Eduxit illū a delicto suo. Ergo immortalitatē recuperasset. Qꝺ pꝫ esse falsum. Nō ergo hō erat immortalis in statu innocētie. ¶P̄. Immortalitas ꝓmittitur homini in premium: ẜm illud Apoc. 21. Mors vltra non erit. Sed hō non fuit conditus in statu premij: sed vt premium mereretur. Ergo homo in statu innocentie non fuit immortalis.

Sed cōtra Est, qꝺ dicitur ad Ro. 5. qꝺ per pctm̄ intrauit mors in mundum. Ergo ante peccatum homo erat immortalis.

Rñdeo Dōm, qꝺ aliquid pōt dici incorruptibile triplr. Vno mō ex parte materie: eo. s. ꝙ vel nō hꝫ materiā: sicut angelus, vel hꝫ mām̄ q̄ nō est in po^a nisi ad vnā formam: sicut corp⁹ celeste. Et hoc dr ẜm naturā incorruptibile. Alio mō dr aliquid incorruptibile ex parte forme: qꝛ. s. rei corruptibili per naturā inheret aliqua dispō: ꝑ quā totalr a corruptione ꝓhibetur. Et hoc dr incorruptibile ẜm gloriā. Quia: vt dicit Aug. in eplā ad Dioscoꝝ: tā potenti nā deus fecit animā: vt ex eius beatitudine redūdet in corp⁹ plenitudo sanitatis ⁊ incorruptiōis vigor. Tertio mō dr aliqd incorruptibile ex parte cause efficiētis. Et hoc mō hō in statu innocētie fuisset incorruptibilis et immortalis. Quia: vt Augusti. dicit in lib. de questioni. no. et vete. testa. Deus enim hominem fecit qui quādiu non peccaret immortalitate vigeret: vt ipse sibi author esset aut ad vitam aut ad mortem. Non enim corpus eius erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem: sed inerat anime vis quedam supernaturaliter diuinitus data: per quam poterat corpus ab omni corruptione preseruare: quandiu ipsa deo subiecta mansisset. Quod rationabiliter factum est. Quia enim anima rationalis excedit proportionem corporalis materie: vt supra dictum est: conueniens fuit: vt in principio ei virtus daretur, per quam corpus conseruare posset supra naturam corporalis materie.

Ad primum Ergo et secundum dicendum, ꝙ rationes ille procedunt de incorruptibili ⁊ immortali per naturam. ¶Ad tertium dicendum, quod vis

erat incorruptibilis: effectiue nō formalr. Hec conclusio primo declaratur. Scꝺo ꝓbat. Declarāt distinguēdo incorruptibile triplr: ex parte materie, ex parte forme, ex parte efficiētis primo mō nature. scꝺo glorie. tertio innocētie cōuenit: oīa clara sunt in litera. probat duplr. primo authoritate Aug. scꝺo suasoria adaptatione: qꝛ anima excedit materiam corporalem: vt materia concors anime fieri posset.

¶Circa conclusionē hāc aduerte: ꝙ Scotus in scꝺo. di. 19. q. prima: relata hac opinione impugnat eaꝫ nulla ratione duct⁹: sed qꝛ se nō videre fatetur: qꝺ qualitas in anima posita possit pseruare corpus passibile quin patiatur a cōtrario: cōstat aūt ꝙ passio magis fctā corrūpit. ergo ⁊c.

¶Ad hoc breuiter dicitur: ꝙ si Scot⁹ ocularia reuerentie ad beatū Augu. habuisset: vidisset vtiqꝫ qꝺ hō erat sibi author vite: q̄diu anima erat subdita deo. Cuꝫ enim hec credita ex facto pendeant: ⁊ supernaturali virtute egeant: de his nulla maior ratio authoritate diuina est: per se vel per sanctos suos.

484 2.di.19. q.2.ā.4 Et ma. q.5.art. 5.cor.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Super Arti.2.

Titulus clarus. ¶In corpe clarissime distinguit de passione: et iuxta vtrūq; membrum singulis cōclusionibus respōdet q̄sito. Distictio est passio dupliciter proprie et cōiter. illa remotiua a naturali dispositione: quia effectus
485 2.di.19. art.3. Et disti. 23.q.2. ar.3.cor. Et disti. 29.ar.3. cor.
actionis/que a cōtrario est hec perfectiua nature. Prima conclusio: passione communiter homo erat passibilis et anima et corpore: qr sentiebat etc. Secunda cōclusio passione proprie homo erat impassibilis et anima et corpe: quia virtute anime phibebat passionem sicut et mortē. Aduerte hic q Scotus vbi supra tenet oppositum/nulla tñ rōne nisi qr non videtur sibi q innocentia excluderet oē pati pprie dictū. Et posset p eo argui: qr omne agens in agendo repatitur: sed corpus hominis agebat in cibum: ergo repatiebatur ab eo. ergo nō excluditur ois passio pprie a statu innocentie. Ad hoc dicet inferius in sequenti articulo in responsione ad secūdum.

¶Super Art.3.

Titulus clarus. ¶In corpe duo. Prio ponitur differentia inter statum innocētie et resurrectiōis. Et in differentia pponitur cōclusio respōsiua q̄sito. Scdo pbat vtraq; pars differentie.

¶Quo ad primum differentia est inter vtrūq; statū: quia in statu innocentie erat vita animalis egēs alimento: in statu futuro erit vita spūalis non egens alimētis. prima em pars differentie est cōclusio respōsiua quesito affirmatiue.

486 2.di.19. ar.2.ad 2m et 3m. Et.4.c. cap.82. co.5. Et mal. q.5.art. 5.ad 8m et 9m. Et opus. 3.c.133.
¶Quo ad secūdum pbatur vtraq; pars sic. Anima humana est anima et spiritus. ergo vt anima congruebat primo statui. ergo fm id quod conuenit omni animato. ergo fm opera ptis vegetatiue alere/augere/generare etc. et rursus. ergo vt spiritus conuenit vltimo statui. ergo fm
485 id quod est pprium

illa preseruādi corpus a corruptiōe nō erat aie hūane nālis: sz p donū grē. Et q̄uis gratiā recuperauerit ad remissionē culpe, et meritū glie: nō tñ ad amisse imortalitatis effectū. Hoc em reseruabat xpo: p quē nāe defect9 in meli9 reparādus erat: vt ifra dicet. ¶Ad 4m dōm, q differt imortalitas glie, q̄ pmittit in premiū: ab immortalitate que fuit homini collata in statu innocentie.

¶Utrum homo in statu innocentie fuisset passibilis. Artic.2.

AD scdm Sic pceditur. Ur, q hō in statu innocētie fuisset passibilis. Sētire em ē pati qdā. Sz hō in statu inocētie fuisset sensibilis. Ergo fuisset passibilis. ¶P̄. Sōnus passio qdā est. Sz hō in statu innocētie dormiuisset: fm illud Geñ.2. Immisit deus soporē in Adā. ergo fuisset passibilis. ¶P̄. Ibidē subdit, q tulit vnā de costis ei9. Ergo fuisset passibilis ēt p abscissionē partis. ¶P̄. Corp9 hois molle fuit. Sz molle nālr passiuū est a duro. Ergo si corpori primi hominis obuiū fuisset aliqd corp9 durū ab eo pateret. Et sic primus homo fuit passibilis.

Sed cōtra Est, qr si fuisset passibilis fuisset corruptibilis. Quia passio magis facta abijcit a substantia.

Rñdeo Dōm, q passio dupl'r dr. Uno mō proprie. Et sic pati dr qd a sua naturali dispōne remouet. Passio em est effectus actionis. In reb9 autem naturalib9 ɔ̄ria agunt et patiunt adinuicē: quor vnū remouet alterū a sua naturali dispōne. Alio mō dr passio cōiter fm quācūq; mutationē, etiā si ptineat ad pfectionē nature, sicut intelligere vel sentire dr pati quodā. Hoc igit scdo mō hō in statu innocētie passibilis erat, et patiebat: et fm animā et fm corpus. Primo aūt mō dicta passione erat impassibilis: et fm aiam et fm corpus: sicut et immortalis. Poterat em passionē phibere, sicut et mortē: si absq; pctō pstitisset. ¶Et p hoc pz rñsio ad duo prima. Nā sentire et dormire nō remouēt hominē a naturali dispositione: sed ad bonum nature ordinantur. ¶Ad 3m dōm, q sicut supra dictum est[c], costa illa fuit in Adā inq̄tum erat principiū humani generis: sicut semen in homine inquātum est principiū p gñationē. Sicut igitur decisio seminis non est cū passione q̄ remoueat hoiem a naturali dispōne: ita etiam est dōm, de sepatione illi9 coste. ¶Ad 4m dōm, q corp9 hois in statu innocētie poterat preseruari, ne pateret lesionē ab aliquo duro partim quidē p ppriā rōnem p quam poterat nociua vitare: partim etiā p diuinā prouidentiā: que sic ipsum tuebatur vt nihil ei occurreret ex improuiso a quo lederetur.

¶Utrum homo in statu innocentie indigebat cibis. Artic.3.

AD tertiū Sic pceditur. Ur, q homo in statu innocētie nō indigebat cibis. Cibus em necessarius est homini ad restaurationē deperditi. Sed in corpore Ade nulla fiebat deperditio, quia incorruptibile erat. Ergo non erat ei cibus necessarius. ¶P̄. Cibus est necessarius ad nutriendum. Sed nutritio nō est sine passione. Cum ergo corpus hominis esset impassibile[c], non erat ei cibus necessarius: vt dicitur. ¶P̄. Cibus dicitur esse nobis necessarius ad vite conseruationem. Sed Adam aliter vitam poterat conseruare. Quia si nō peccaret: nō moreretur. Ergo cibus nō erat ei necessarius. ¶P̄. Ad sumptionem cibi sequitur emissio superfluitatum: que habent quandam turpitudinem non conuenientem dignitati primi status. Ergo videt q homo in primo statu cibis non vteretur.

Sed contra Est, q dicitur geñ. 2. De omni ligno quod est in paradiso comedetis.

Rñdeo Dōm, q homo in statu innocentie habuit vitam animalem cibis indigētem. Post resurrectionem vero habebit vitam spiritualem cibis non indigentem. ¶Ad cuius euidentiam considerandum est: q anima rationalis, et anima est et spiritus. Dicitur autem esse anima fm illud quod est sibi commune et alijs animalibus, qd est vitam corpori dare. Unde dicitur geñ.2. Factus est homo in animam viuentem. i. vitam corpori dantem. Sed spiritus dicitur fm illud quod est ppriū sibi: et non alijs animabus, qd. s. habeat virtutē intellectiuam immaterialem. In primo igit statu anima rationalis cōmunicabat corpi id qd competit ei inquantum est anima. Et ideo corpus illud dicebatur animale: inquātum. s. habebat vitam ab anima. Primū aūt principiū vite in istis inferioribus: vt dicit in lib. de aia: est anima vegetabilis: cuius opera sunt alimēto vti, et generare, et augeri. Et ideo hec opera homini in primo statu cōpetebāt. In vltimo vero statu post resurrectionē anima cōmunicabit quodāmodo corpori ea que sunt sibi ppria inquātum est spiritus, Immortalitatem quidem quātum ad omnes: impassibilitatem vero et gloriam et virtutem, quātum ad bonos: quorum corpora spūalia dicētur. Unde post resurrectionem homines cibis non indigebūt. Sed in statu innocentie eis indigebant.

Ad primū Ergo dōm, q sicut dicit Aug. in lib. de qōni. ve. et no. test. q̄uo immortale corp9 habebat qd cibo sustētabat: immortale em non eget esca neq; potu. Dictū est em supra[c]: qd immortalitas primi status erat fm vim quandam supnaturalem in aia residentem: non autem fm aliquam dispositionem corpori inherentem. Unde p actionem caloris aliquid de humido illius corporis poterat deperdi. Et ne totaliter cōsumeretur: necesse erat p assumptionē cibi homini subueniri. ¶Ad secundū dicendū, q in nutritione est quedā passio et alteratio. s. ex parte alimēti, qd cōuertit in substātiam eius quod alitur. Unde ex hoc nō potest concludi q corpus hominis fuerit passibile: sed q cibus assumptus erat passibilis. Quamuis etiam talis passio esset ad perfectionem nature. ¶Ad tertiū dicendū, q si homo sibi non subueniret de cibo: peccaret: sicut peccauit sumēdo vetitū cibum. Simul em sibi preceptū fuit: vt a ligno sciētie boni et mali abstineret: et vt de omni alio ligno paradisi vesceret. ¶Ad quartū dicendū, q quidā dicunt q homo in statu innocētie nō assumpsisset de cibo nisi quantū fuisset ei necessariū. Unde nō fuisset ibi supfluitatū emissio. Sz hoc irrōnale vr: qd in cibo assumpto nō esset aliq̄ feculētia: q̄ nō eēt apta vt ɔuerteret i hois nutrimētū. Unde oportebat supfluitates emitti. Tñ fuisset diuinit9 puisū: vt nulla ex hoc indecētia esset.

ei. ergo fm immortalitatem/impassibilitatem gloriā etc. igitur in pmo statu erat animalis cum alimētis: in vltimo spiritualis sine eis. Ans est per se notum. Prima consequentia probat authoritate geñ. primo factus est homo in animam viuētem: et fundatur sup ratione: quia primū primo respōdere debet. Secūda vero probatur: quia anima vt anima cōmunis est omni viuenti. Tertia vero probatur: qr primum in omni viuente apud nos est ps vegetatiua. Alie consequentie ex alia parte patent per locum ab opposito.

¶In responsione ad primum nota vltima verba. s. et ne totaliter ɔsumeretur. Ex hoc enim insinuatur: qd aliqua depditio humidi fiebat i illo statu: de qua vide in articulo sequenti.

¶In responsione ad secūdum nota duas responsiones. Primā qd corpus hominis nō patiebatur in nutritione. Secūdam/ q patiebatur: sed pfectiue. Prima saluatur quo ad repassionem qua omne agēs repatitur: et hoc propter virtutē anime. Secunda id passionis quod accidit corpori ex nutriri quicquid sit illud manifestat: quale sit: ex ipso qd dicit: quale esset pati: si nutriri cōsisteret in pati. Unde in materia sequētis articuli notāde sunt ambe: et sic solutum est dubium precedentis articuli. 484

¶Utrum hō in statu innocētie per lignū vite immortalitatē cōsequeret. Arti.4.

AD quartū Sic pcedit. Ur q lignū vite nō poterat eē cā immortalitatis. Nihil em pōt agere vltra suā spēm. Effect9 em nō excedit cām. Sz lignū vite erat corruptibile. Alioqn nō potuisset i nutrimētū assumi: qr alimētū ɔuertit in subam nutriti: vt dictū est[c]. Ergo lignū vite icorruptibilitatē seu immortalitatem ɔferre nō poterat. ¶P̄. Effect9 q̄ causant a virtutib9 plātarū, et aliarū nāliū rerū: sunt nāles. Si g lignū vite immortalitatē causasset: fuisset illa imortalitas nālis. ¶P̄. Hoc videt redire in fabulas antiquorū: qui dixerūt q dij q comedebāt de quodam cibo facti sunt immortales. Quos irridet phs in.3. meta.

Sed ɔtra Est, q dr geñ.3. Ne forte mittat manū suam: et sumat de ligno vite et comedat: et viuat in eternū. ¶P̄. Aug. in lib. de qō. ve. et no. te. dicit, Gustus arboris vite corruptionē corporis inhibebat. Deniq; et post pctm potuit insolubilis manere si permissum esset illi edere de arbore vite.

Rñdeo Dōm, qd lignū vite q̄dāmō immortalitatē causabat, nō aūt simpl'r. ¶Ad cui9 euidētiā ɔsiderādū est, q duo remedia ad ɔseruationē vite habebat hō in prio statu ɔ duos defect9. Primus em defectus est depditio humidi p actionem caloris nālis: q est aie instrm. Et ɔ hūc defectū subueniebat hoi p esum aliorū lignorū paradisi: sicut et nūc subuenit nobis p cibos qs sumim9. Scds aūt defect9 est: qr, vt phs dt.1. de gñatiōe, illd qd gñat ex aliq̄ extneo adiūctū ei qd pri9 erat humido pexistenti iminuit virtutē actiuā spēi, sicut aq̄ adiūcta vino. prio qdē ɔuertit in saporē vini: sz fm q magis et min9 addit diminuit vini fortitudinē. Et tādē vinū fit aquosum. Sic igit videm9 q in pn° Art9 actiua spēi est adeo fortis: q pōt ɔuertere de alimento nō solū qd sufficit ad restaurationē depditi: sz ēt qd sufficit ad augmētū. Postmodū vo qd aggenerat nō sufficit ad augmētū: sz solū ad restaurationē depditi. Tādē vo in statu senectutis: nec ad h sufficit. Unde seqt decrementū: et final'r dissolutio corpis[c]. Et ɔ hūc defectū subueniebat hoi p lignū vite. Habebat em virtutē fortificādi virtutē spēi ɔ debilitatē pueniētē ex admixtiōe extnei. Unde Aug. dt i 14. de ciui. dei, q cibus aderat hoi ne esuriret: pot9 ne sitiret: et lignū vite ne senect9 eū dissolueret. Et in lib. de qō. ve. et no. te. dt: qd vite arbor medicine mō corruptionē hoim phibebat. Nō tñ simpl'r imortalitatē causabat: qr neq; virt9 q̄ inerat aie ad ɔseruandū corp9 cābat ex ligno vite. Neq; ēt poterat immortalitatis dispōnē corpi pstare: vt nūq̄ dissolui posset. Qd ex h pz: qr virt9 cuiuscūq; corpis est finita. Unde nō poterat virtus ligni vite ad hoc se extēdere: vt daret corpori virtutē durādi tpe infinito: sed vsq; ad determinatū tps. Manifestū est em qd quāto aliq̄ virtus est maior: tāto imprimit durabiliorē effectū. Unde cū virtus ligni vite esset finita semel sumptū ɔseruabat a corruptione vsq; ad determinatū tps: quo finito, vel hō trāslat9 fuisset ad spūalē vitā: vel idiguisset iterū sumere de ligno vite. ¶Et p h pz rñsio ad oba. Nā prime rōnes ɔcludūt qd nō causabat incorruptibilitatē simpl'r. Alie vo ɔcludūt qd cābat incorruptibilitatē ipediēdo corruptionem scdm modū predictum[c].

¶De his que pertinent ad conseruationē speciei per generationem. Qō.98.

DEinde Cōsiderādum est de his q ptinent ad ɔseruationē speciei. Et primo de ipsa gñatione. Scdo de cōditione plis genite. ¶Circa primū q̄rūtur duo. Primo vtrū in statu innocentie fuisset generatio. Scdo vtrū fuisset generatio per coitum.

¶Utrū i statu inocētie fuisset gñatio. ar.1.

AD pmū Sic pcedit. Ur qd in statu innocētie nō fuisset gñatio. Gñationi em corruptio est ɔ̄ria vt dr in.6. phy. Contraria aūt sunt circa idē. In statu aūt innocentie non fuisset corruptio. Ergo neq; gñatio. ¶P̄. Gñatio ordinat ad hoc q ɔseruet in spē qd fm indiuiduū ɔseruari nō pōt. Unde et in illis indiuiduis q in ppetuū durant: gñatio nō inuenit. Sed in statu innocētie hō in ppetuum absq; morte vixisset. Ergo in statu innocētie gñatio nō fuisset. ¶P̄. Per gñationē hoies multiplicant. Sed multiplicatis dñis necesse est fieri possessionū diuisio nō ad euitandā ɔfusionē dñij. Ergo cū hō sit institut9 dñs aialiū: facta multiplicatione humani gñis p gñationem: secuta fuisset diuisio dñij. Qd videt esse ɔ̄rium iuri nāli: fm qd oia sunt cōia: vt Isi. dicit. Non ergo fuisset generatio in statu innocentie.

Sed ɔ Est, qd dr gene.1. Crescite et multiplicamini: et replete terram. Huiusmodi autē multiplicatio absq; noua generatione fieri nō potuisset: cū duo tantum fuerint primitus instituti. Ergo in primo statu generatio fuisset.

Rñdeo Dōm, qd in statu innocētie fuisset gñatio ad multiplicationē humani gñis. Alioqn pctm hois fuisset valde necessariū ex quo tm bonū cōsecutum est. ¶Est ergo cōsiderādū, qd hō fm suā naturā est cōstitut9 quasi mediū quodam inter creaturas corruptibiles et incorruptibiles. Nā aia eius est naturalr incorruptibilis[c]: corpus vo naturalr corruptibile[c]. Est aūt ɔsiderādū qd alio mō intentio nāe fert ad corruptibiles et incorruptibiles creaturas. Id aūt p se vr esse de intentione nature: qd est semp et ppetuū. Qd aūt est solum fm aliqd tps nō videtur esse principaliter de intentione nature: sed q̄si ad aliud ordinatum. Alioquin eo corrupto, nature intentio cassaretur. Quia igit in reb9 corruptibilib9 nihil est perpetuū et semp manēs nisi species: bonum speciei est de principali intētione nature[c]. Ad cuius ɔseruationem naturalis gñatio ordinatur. Substātie vero incorruptibiles manent semp nō solum

¶Super Articulum.4.

Titulus clarus. ¶In corpore vna ɔclusio rñsiua bimēbris. Lignū vite causabat immortalitatē quodāmō: non simplr. Primo pbat: q ad pmā ptē: qr habebat vim fortificatiuā virtutis specifice ɔ defectū pueniētē ex admixtiōe extnei. Declarat h distiguēdo duplicē defectū in corpe nutribili. s. deperditionē humidi: et debilitationē virtutis ex admixtiōe: vt pz ex pmo de gñatione. Deinde pbat duplici authoritate angu. Scdo pbat quo ad scdam ptē dupl'r. Tū qr virt9 aie nō inerat a ligno vite. Tū qr virt9 finita nō pōt causare effectū durationis infinite. Probat: qr q̄to maior est virt9 tāto imprimit durabiliores effectū. Uirt9 aūt ligni vite sicut cuiusq; corpis finita erat. §. Tertio declarat mod9: quo verificat vtraq; ps: qr est ɔseruatio p lignū vite vsq; ad certū tēpus: et deide aut iterata comestiōe iterū ɔseruaret etc. aut trāslatus fuisset in vitam spūalē q̄lis erit post resurrectionē. Circa vtrūq; istorum defectuū dubiū occurrit: q̄m si in statu innocētie vterq; fuisset: iam fuisset ibi passio proprie dicta: deperditio siqdē humidi cū fiat actiōe calidi manifeste in passione pprie dicta ɔsistit. Debilitatio q3 virtutis ex admixtione extranei aperte nām remouet a nāli suo robore: igitur etc. ¶Circa effectū ligni vite dubiū occurrit ex Scot. in scdo. dist.19.q.1. Arguit em ɔ hoc qd lignū vite erat ɔseruatiuum virtutis specifice: et causabat immortalitatē. Et mouet talī rōne: vis cōuersiua alimēti in Adā: etiā ɔuertēdo lignū vite in subam suā debilitabat aliquātulū: qr oē agēs phicum agēdo debilitat: et pz in exēplo Ari. primo de gñatiōe/ de vino: cui apponit aqua: ergo scda vice iterū debilitaret: et sic tādē defecisset: non ergo poterat hoc mō immortalitas haberi etc. ¶Ad pm dubiū vr mihi distinguēdū: et dōm de prio defectu: q fuisset actu: sed nō sub ratiōe defectus: scds aūt fuisset tm in po a. Ad cui9 euidentiā notādū est: q passio pprie dicta p tanto statui innocentie repugnabat: p quanto corpus hois a naturali dispōne remouebat: et nō absolute.

487 2.di.29 art.5.ad 5et.6. Et 3.di. 16.q.1. art.3.ad 5. Et mal. q.5.arti. 5.ad.8. et.9. b 486

389

Et ppterea notāter in lra articuli scdi descripta fuit passio: non per corruptionē absolute: sed p remotionem corpis a nāli dispōne. Unde sicq̄ abiectio ɔ̄rij esse potuit absq; remotiōe corpis hūani a nāli dispōne sua: h nō repugnabat statui inocētie. Nec ppterea corp9 hūanū dicebat pprie pati: eo q ipm nihil pdebat nālis dispōnis: q̄uis aliqd ei9: puta humidum pateret pprie. In pposito aūt inter depditionē humidi et debilitationē virtutis tm interest/ q depditio hūidi: nō necessario remouet corp9 a nāli dispōne: vt pz in pueris: imo talis passio est ad pfectionem nāe: vt in rñsione ad scdm i pcedēti articulo. S. T. dixit. Debilitatio aūt virtutis manifeste nām a sua naturali integritate remouet. Unde eadē rōne opponit statui innocentie/ q̄ senect9: q in tali debilitate cōsistit. Unde cū in lra dr q lignum vite occurrebat huic defectui: interptandū est non q fuit: sz q fuisset nisi lignum vite puenisset: ita qd succurrebat huic defectui pueniēdo nō restaurādo: vt Sco. intellexit: et sic nullū incōueniēs seqtur. ¶Ad scdm dub. dr: q vt pz ex dictis 488 2.d.20. q.1.ā.1.
etiā recitatis ab ipso Scoto: cām imortalitatis ponit lra duplicē: alterā ex pte aie: et alterā ex pte corpis. Ex pte aie vim quandā: q corp9 agēdo in nutrimentū nō repatiebat ab eo. Alteram ex pte corpis: et ista ē lignū vite: hns virtutē ɔseruādi ad certū longū tps. Unde iūgēdo has duas cās sit ex sumptiōe ligni vite nulla debilitatio seqbat: q̄uis debilitatio in nobis seqret ex ligno illo: vnde nō viuerem9 imortales p illud: sz longo valde tpe. Propter quā diuturnitatē dictum est: eijciēdo Adā: ne forte sumat de ligno vite: et viuat in eternum iuxta morem scripture: quo vocātur diuturna eterna: vt mōtes eterni.

¶Super.q.98.ar.1.

Titul9 clar9. ¶In corpore vna conclusio rñsiua quesito. In statu innocentie fuisset gñatio ad multiplicationē gñis hūani. Probat dupl'r. primo ducēdo ad inconueniēs qd pctm fuisset necessariū valde: ppter tantū bonum. Scdo hō est fm aiam incorruptibilis: et fm corp9 corruptibilis: ergo est medium fm nām inter creaturas corruptibiles et icorruptibiles: g ex parte corporis conuenit

367 484

145 a 426 264

Universidad de Deusto Biblioteca

sm spēm:sz ēt sm idiuidua. Et iō ēt ipsa idi-
uidua sunt de pncipali intētiōe nāe. Sic igiƀ
hoi ex pte corpis:qd corruptibile ē sm nām
suā ɔpetit gñatio. Ex pte vo aie:q icorrupti
bilis ē:ɔpetit ei φ mltitudo idiuiduoꝝ sit p
se itēta a nā:vel poti⁹ a nāe autore:q sol⁹ est
hūanarū aiarū creator. Et iō ad multiplica
tionē humani gñis gñationem in humano
genere statuit:etiam in statu innocentie.

Ad primū Ergo dōm,φ corp⁹ ho minis in statu inocētie
quātū erat de se:corruptibile erat:sz potuit
pseruari a corruptione p aiam. Et iō nō fuit
hoi subtrahēda gñatio:q debeƀ corruptibi-
lib⁹ reb⁹. ¶ Ad scōm dōm,φ gñatio i statu
innocētie:etsi nō fuisset pp ɔseruationē spēi:
fuisset tñ pp multiplicationē indiuiduorū.
¶ Ad 3m dōm,φ in statu isto multiplicatis
dñis necesse ē fieri diuisionē possessionū:qꝛ
cōitas possessionis est occasio discordie: vt
phs dic i.2.polit. Sz i statu inocētie fuissent
volūtates hoiz sic ordinate:φ absqꝫ oi picu
lo discordie cōiter vsi fuissent:sz φ vnicuiqꝫ
eoꝝ ɔpeteret reb⁹ q eoꝝ dñio subdebāƀ,cū
hoc ēt mō apd mltos bonos viros obƀueƀ.

¶ Utrum in statu innocentie fuisset genera
tio per coitum. Artic.2.

Ad scōm Sic pcediƀ. Ur, φ i statu
innocētie nō fuisset gñatio per
coitū. Qꝛ,vt Dam. dicit, prim⁹
hō erat in paradiso terrestri,si-
cut angelus qdā. Sz in futuro resurrectio-
nis statu,qn erūt hoies angelis siles : neqꝫ
nubēt,neqꝫ nubēƀ:vt dꝛ Mat.22. Ergo neqꝫ
in padiso fuisset gñatio p coitū. ¶ Pꝛ. Primi
hoies in pfecta etate ɔditi fuerūt. Si igitur
in eis añ pctm gñatio fuisset p coitū:fuisset
etiā in padiso carnalr ɔiūcti. Qd pꝫ esse fal
sum sm scripturā. ¶ Pꝛ. In ɔiūctiōe carnali
maxime efficiƀ hō silis bestijs pp vehemen
tiā delectatiōis. Uñ ēt ɔtinētia laudaƀ:per
quā hoies ab hmōi delectatiōib⁹ abstinēt.
Sz bestijs hō ɔpaƀ pp pctm:sm illud psal.
Hō cū in honore esset,nō itellexit,ɔpat⁹ est
iumētis insipiētib⁹,ꝛ silis fact⁹ est illis. Er-
go ante pctm nō fuisset maris ꝛ femine car-
nalis ɔiunctio. ¶ Pꝛ. In statu innocētie nul
la fuisset corruptio. Sed per coitū corrum-
pitur integritas virginalis. Ergo coitus in
statu innocentie non fuisset.

Sed cōtra Est,φ de⁹ ante pctm masculū ꝛ feminā fe-
cit:vt dꝛ geñ.1.ꝛ.2. Nihil aūt est frustra i opi-
bus dei. Ergo etiā si hō nō peccasset,fuisset
coit⁹,ad quē distinctio sexuū ordinaƀ. ¶ Pꝛ.
Geñ.2.dꝛ. Mulier est facta i adiutoriū viri.
Sz nō ad aliud nisi ad gñationē:q fit p coi-
tum:qꝛ ad qdlibet aliud op⁹ ɔuenieñti⁹ adiu-
uari posset vir p virū φ p feminā. Ergo in
statu innocētie fuisset gñatio per coitum.

Rñdeo Dōm,φ qdā antiquoꝝ do-ctoꝝ ɔsiderātes ɔcupiscen-
tie feditatē; q inueniƀ in coitu in isto statu:
posuerūt φ in statu innocētie nō fuisset gña
tio p coitū. Uñ Greg. nice. dicit in lib. quē fe-
549 Ad hebr.2.le. 6.co.2. bãda includitur. Secundo igitur probat q̧ a deo sic: hoc totum procedit ex imperio diuino : ergo ãgelus mittitur a deo. Ante

in imagiatiõe. Nec tñ tũc cãtur deceptio ab ãgelo, sʒ ex defcũ intell's eiꝰ cui talia appẽt, sicut nec xp̃s fuit cã deceptiõis i hijs q̃ multis turbis i pabolis ꝓposuit, q̧ nõ exposuit eis.

❡Utrum angelus possit immutare sensum humanum. Arti.4.

AD quartũ Sic pcedit. Uĩ, q̧ angelus nõ possit imutare sensum humanũ. Opatio eñ sensitiua est opatio vite: hmõi autẽ opatio nõ est a pñꝰ extrinseco. Nõ g̃ opatio sensitiua põt causari ab angelo. ❡P̃. Uirtꝰ sensitiua est nobilior q̃ nutritiua. Sed angelus: vt vĩ, nõ põt mutare ṽtutẽ nutritiuã sicut nec alias formas nãles. Ergo ne q̧ virtutẽ sensitiuã immutare põt. ❡P̃. Sensus naturalr mouet a sensibili. Sʒ angelus non põt immutare nature ordinẽ, vt supra dictũ est. Ergo angelus nõ potest immutare sensum, sed semper a sensibili immutatur.

Sed cõtra Est, q̧ angeli q̃ subuerterunt sodomã pcusserunt sodomitas cecitate vel aurisia, vt ostium domꝰ inuenire nõ possent: vt dicitur Geñ.19. Et silr legit.4.reg.6.de siris: quos Eliseus duxit in Samariam.

Rñdeo Dõm, q̧ sensus immutatur duplr. Uno mõ ab exteriori, sicut cũ mutat a sensibili. Alio modo ab interiori. Uidemus eñ q̧ perturbatis spiritibus et humoribus immutatur sensus. Lingua enim infirmi: q̧ plena est cholerico humore: oĩa sentit vt amara. Et silr ꝯtingit in alijs sensibus. Utroq̧ aũt mõ angelus põt immutare sensum hominũ sua naturali ṽtute. Põt eñ angelus opponere exteriꝰ sensui sensibile aliq̃d vel a natura formatũ, vel aliq̃d de nouo formando: sicut facit dũ corpus assumit: vt supra dictũ est. Silr etiã põt interiꝰ cõmouere spũs et hũores: vt supra dcm̃ est: ex qbꝰ sensus diuersimode imutentur.

Ad primũ Ergo dõm, q̧ principiũ sensitiue opationis nõ põt esse absq̧ principio interiori, q̃d est potẽtia sensitiua. Sed illud interiꝰ principiũ põt multiplr ab exteriori pncipio cõmoueri, vt dictũ est. ❡Ad scõm dõm, q̧ p cõmotionẽ interiorẽ spirituũ et humoꝝ põt angelus aliquid opari ad immutãdũ actum potẽtie nutritiue: et silr potẽtie appetitiue et sensitiue: et cuiuscũq̧ potentie corporali organo vtẽtis. ❡Ad tertium dõm, q̧ preter ordinẽ totius creature angelus facere nõ põt, sed preter ordinem alicuius particularis nature facere põt: cum tali ordini non subdatur. Et sic quodam singulari modo potest sensum immutare preter modum cõmunem.

❡De missione angelorum. Q̃o.112.

DEinde Cõsiderandum est de missione angeloꝝ. ❡Et circa hoc q̃runt quatuor. Primo, vtrũ aliq̃ ãgeli mittant i ministeriũ. Scdo, vtrũ oẽs mittãt. Tertio, vtrũ illi q̃ mittũt assistãt. Quarto, de quibus ordinibus mittãtur.

❡Utrũ angeli in misteriũ mittant. Art.1.

AD primũ Sic pceditur. Uĩ, q̧ angeli in ministerium nõ mittantur. Ois enim missio est ad aliquem determinatũ locum. Sʒ actiões itellectuales nõ determinãt aliquẽ locũ: quia intellectus abstrahit ab hic et nunc. Cũ igitur actiones angelice sint intellectuales, vĩ q̧ angeli ad suas actiones agendas nõ mittãtur. ❡P̃. Celũ empyreũ est locus pertinẽs ad dignitatem angeloꝝ. Si igit ad nos mittant in ministerium: vĩ q̧ eoꝝ dignitati aliq̃d depereat: q̃d est incõueniẽs. ❡P̃. Exterior occupatio impedit sapiẽtie ꝯtẽplationẽ. Uñ dr eccl.29. Qui minorat actu pcipiet sapiam. Si igit angeli aliq̃ mittunt ad exteriora ministeria, vĩ q̧ retardent a cõtẽplatiõe. Sʒ tota eoꝝ btĩtudo in cõtẽplatiõe dei cõsistit. Si g̃ mitterent: eoꝝ btĩtudo minueret. Q̃d est icõueniẽs. ❡P̃. Ministrare ẽ iferioris. Uñ dr Luc.22. Quis maior ẽ q̃ recũbit: an ille q̃ ministrat? nõne q̃ recũbit? Sʒ angeli sunt maiores nobis ordine nãe. Ergo nõ mittũt i ministeriũ nostrũ.

Sed cõtra Est, q̃d dr Exo.23. Ecce ego mittam angelum meum qui precedat te.

Rñdeo Dõm, q̧ ex supra dictis manifestũ esse põt q̧ aliqui angeli in ministeriũ mittunt a deo. Ut eñ supra dictũ est: cũ de missiõe diuinarũ psonarũ ageret: ille mitti dr, q̃ aliquo mõ ab aliq̃ pcedit vt incipiat esse vbi prius nõ erat: vel vbi priꝰ erat p aliũ modũ. Filiꝰ eñ aut spũs sanctꝰ mitti dr: vt a p̃re pcedẽs p originẽ: et incipit esse nouo mõ. i. p grãz vel nãm assumptã: vbi priꝰ erat p deitatis p̃ntiã. Dei enim ꝓpriũ est vbiq̧ esse, q̧ cũ sit vlẽ agẽs eiꝰ ṽtꝰ
56 attingit oĩa entia. Uñ est in oĩbꝰ rebꝰ: vt supra dictũ est. Uirtꝰ aũt angeli cũ sit pticulare agẽs: nõ attingit totũ vniuersum, sʒ sic attingit vnũ q̧ nõ attingit aliũ. Et ideo ita est hic q̧ nõ alibi. Manifestũ est aũt p supradicta: q̧ creatura corpalis p angelos administrat. Cũ igit aliq̃d est fiẽdũ p aliquẽ ãgelũ 541
circa aliquã creaturã corporeã: de nouo applicat ãgelus illi corpi sua ṽtute. Et sic angelus de nouo incipit ibi esse. Et hoc totuʒ pcedit ex ipso dino. Uñ seqt fm p̃missa: q̧ angelꝰ a deo mittat. Sʒ actio quã angelus 0 272
missus exercet pcedita deo sicut a p̃ pñꝰ: 541
cuiꝰ nutu et autoritate angeli opant: et i deũ reducit sicut in vltimũ finẽ. Et hoc facit rõẽ ministerij. Nam minister est sicut instrumentum intellectus. Instrumentum aũt ab alio mouetur: et eius actio ad aliud ordinatur. Uñ actiones angeloꝝ ministeria vocãtur. Et ꝓpter hoc dicũtur in ministeriũ mitti.

Ad primũ Ergo dõm, q̧ aliq̃ operatio duplr dr intellectualis. Uno mõ q̃si in ipso intellectu ꝯsistẽs vt cõtemplatio. Et talis opatio nõ determinat sibi locũ: imo vt Aug. dicit.4.de tri. etiã nõ fm q̧ aliq̃d eternũ mente sapimus non in hoc mundo sumus. Alio modo dr aliqua actio intellectualis, q̧ est ab aliquo intellectu regulata et impata. Et sic manifestũ est q̧ opatiões intellectuales interdũ determinant sibi loca. ❡Ad scõm dõm, q̧ celũ empyreũ ptinet ad dignitatẽ angeli, fm congruẽtiã quãdã: q̧ cõgruũ est vt supremum corpoꝝ nãe que est supra oĩa corpora attribuatur. Non tñ angelus aliquid dignitatis accipit a celo empyreo. Et ideo quando actu nõ est in celo empyreo nihil eius dignitati subtrahitur: sicut nec regi quando non actu sedet in regali solio, q̧ cõgruit eius dignitati. ❡Ad tertiũ dõm, q̧ in nobis exterior occupatio puritatẽ cõtemplatiõis impedit: q̧ actioni insistimꝰ fm sensitiuas virtutes quaꝝ actiones cũ intẽdunt: retardã-

cedens patet: et demõstrat ly hoc applicationẽ virtutis de nouo in corpus subditũ et esse ibi. Consequentia vero patet ex dictis i tractatu de missione superius: quia scʒ mittẽs est qui est causa inceptionis essendi alicubi simpliciter vel nouo modo. Tertio probatur: q̧ in ministerium: ex ratione ministri sic: actio quam angelus missus exercet est a deo vt a primo imperante: et propter deum vt vltimum finem: ergo angelus habet se vt instrumentum: ergo vt minister. ergo actiones angelorum ministeria sũt: ergo ipsi in ministerium mittuntur. Antecedens patet. Prima consequentia probatur ex ratione instrumenti/ scilicet ab alio et propter aliud. secunda probatur: quia minister nihil aliud est q̃ instrumentum intelligens: cetere relinquuntur pe se note. 532 534 126

❡Super Arti.2.

In corpore tria. p̃mo tractat summarie ordo supioris et iferioꝝ respectu executiõis seu misterij. 2° recitatur opinio p pte affirmatiua. 3° ipugnatur et simul rñdet q̃sito negatiue.

❡Quo ad p̃m 4or dñr duo d scõ duo de
0 poli p̃m pertinẽs ad scm̃ ẽ ordo i cõis diuine puidẽtie ꝯsistẽs i h: q̧ superiora pncipantur et iferiora tm̃ ministrãt vt pʒ in ãgelis et i toto vniuerso 2m ptinẽs quoq̧ ad scm̃: ẽ ordo diuine dispẽsatiõis ꝯsistẽs in h q̧
2.di.10. ar.2. p̃dictꝰ dine puidẽtie ordo q̃nq̧ in corpalibus nõ suat sʒ supiores exequunt p sei-
534 psos tm̃ pp altiorẽ ordinẽ puta gr̃e diuine manifestationẽ. 3m ptinẽs ad polẽ ẽ, q̧ d̃s põt p seipm̃ absq̧ ãgelis medijs reuelare alicui hoi aliq̃d. 4m ptinẽs ẽt ad polẽ ẽ q̧ ãgeli supiores absq̧
126 iferioribꝰ medijs possunt idẽ. ❡Quo ad 2m cõclusio opionis affirue est h. Angeli inferiores tm̃ mittũtur d lege cõi: supiores ṽo ex dina dispẽsatiõe. Hec ꝯclo fuit
8 sufficiẽter ex p̃dictis
531 deducta. ❡Quo ad 3m duo fiũt. Q̧ prio triplr ipugnat precedẽs opio q̃ ad scdam ptẽ: et sic 2° ifert ꝯclo negatiua rñsiua q̃sito. Nõ oẽs ãgeli mit-
541 tunt. p̃ma rõ est pter missio ordis ex dina dispẽsatiõe fit pp altiorẽ ordinẽ: ordo missiõis ãgelice nõ hʒ altiorẽ ordinẽ. g̃ ñ suscipit p̃termissionẽ. maior pʒ ex dcis supioribꝰ et declarat in ordie nãe et gr̃e. Minor
511 ꝓbat: q̧ ordo diuine
532 gr̃e caret superiore. Talis ãt ordo ẽ 2m dona diuine gr̃e. g̃.

❡Scd̃a rõ ẽ. ordo cõmunis pretermittit pp fidei ꝯfirmationẽ in ꝓposito nihil pro-
532 desset ad fidei ꝯfirmationẽ. ergo. maior pʒ in miraculis: minor: q̧ illa p̃termissio est ignota nobis. 3a rõ ẽ nihil ẽ ita magm q̧ p iferiores exerceri nõ possit. g̃. añs ꝓbat de ãnũciatiõe incarnatiõis q̧ est maximũ: et firmat aucte Gregorij. Ex his sequit ꝯclo rñsiua q̧ nõ oẽs mittunt q̧ superiores nunq̃ mittũt. ❡Aduerte h q̧ p̃ma rõ se tʒ ex p te cãe efficiẽtis, ordo

tur actiõis intellectiue ṽtutis. Sʒ ãgelus p solã itellualẽ opõnẽ regulat suas actiones exteriores. Uñ actiões exteriores i nullo impediũt eius ꝯtẽplationẽ: q̧ duarũ actionũ: quaꝝ vna ẽ regula et rõ alteriꝰ: vna nõ ipedit, sʒ iuuat aliã. Uñ Greg. dicit in.2. mora. q̧ angeli nõ sic foris exeũt vt iterne ꝯtẽplatiõis gaudijs p̃uent. ❡Ad 4m dõm, q̧ angeli in suis actiõibꝰ exterioribꝰ ministrant pncipalr deo et scd̃ario nobis: nõ q̧ nos sumus supiores eis simplr loq̃ndo, sed q̧lʒ hõ vel angelus inquãtũ adherẽdo deo fit vnꝰ spũs cũ deo est superior oĩ creatura. Unde aplus ad Ephe. dicit, Superiores sibi inuicem arbitrantes.

❡Utrũ oẽs ãgeli i misteriũ mittant. Ar.2.

AD scõm Uĩ q̧ oẽs angeli in ministeriũ mittant. Dicit eñ apl's ad heb. 1. oẽs sũt administratorij spũs in misteriũ missi. ❡P̃. Inter ordines supmus est ordo seraphin, vt ex supra dcis pʒ. Sʒ seraphin ẽ missus ad purgãdũ labia ꝓphe: vt hr Isa.6. Ergo multo magis inferiores angeli mittũt. ❡P̃. Dine psone in infim excedũt oẽs ordines ãgeloꝝ. Sʒ dine psone mittunt. Ergo multo magis q̃cũq̧ supremi ãgeli. ❡P̃. Si supiores ãgeli nõ mittunt ad exteriꝰ ministeriũ: hoc nõ est, nisi q̧ supiores ãgeli exequunt dina misteria p iferiores. Sʒ cũ oẽs ãgeli sint ineq̃les: vt supra dictũ est: q̧lʒ angelꝰ hʒ inferiorẽ ãgelũ p̃ter vltm: g̃ vnꝰ ãgelus solꝰ ministraret i misteriũ missus. Q̃d ẽ ꝯ id q̧ dr Da.7. Millia milliũ ministrabant ei.

Sʒ ꝯ Est q̧ Greg. dicit refens sniam Dio. supiora agmina vsum exterioris ministerij nequaq̧ habent.

Rñdeo Dõm, q̧ sicut ex supra dcis pʒ: h hʒ ordo dine puidẽtie nõ solũ in ãgelis: sʒ ẽt i toto vniuerso q̧ iferiora p supiora admistrant. Sʒ ab h ordine in rebus corpalibꝰ aliq̃n ex dina dispẽsatione recedit pp altiorẽ ordinẽ, fʒ. s. q̧ expedit ad gr̃e manifestationẽ. Q̃d. n. cecꝰ natus fuit illumiatꝰ: q̧ lazarꝰ fuit suscitatꝰ: immediate a deo factũ ẽ absq̧ aliqua actiõe celestiũ corpoꝝ. Sʒ et ãgeli boni et mali p̃nt aliq̃d in istis corpibꝰ opari p̃ter actionẽ celestiũ corpoꝝ ꝯdẽsando nubes in pluuias: et aliqua hmõi faciẽdo. Neq̧ alicui dʒ esse dubiũ q̃n deus imediate hoibꝰ aliqua reuelare posset nõ mediãtibꝰ ãgelis et supiores angeli nõ mediãtibꝰ iferioribꝰ et fm hãc ꝯsiderationẽ q̃dã dixerũt q̧ fm cõem legẽ supiores nõ mittunt: sʒ iferiores tm̃. Sʒ ex aliq̃ dispẽsatiõe dina iterdũ ẽt supiores mittũt: sed hoc nõ vĩ rõnabile: q̧ ordo ãgelicꝰ attẽdit fm dona gr̃aꝝ. Ordo ãt gr̃e nõ hʒ aliũ superiorẽ ordinẽ pp quẽ p̃termitti dẽat: sicut p̃termittit ordo nãe pp ordinẽ gr̃e. Cõsiderandũ ẽ ẽt q̧ ordo nãe in opõne miraculoꝝ p̃termittit pp fidei ꝯfirmationẽ. Ad quã nihil valeret si p̃termitteret ordo angelicꝰ, q̧ hoc a nobis pcipi nõ posset. Nihil ẽt est ita magnũ in misterijs dinis q̃d p iferiores ordines exerceri nõ possit. Uñ Greg. dicit q̧ qui summa ãnũciãt archãgeli vocãt. Hinc ẽ q̧ ad ṽginẽ Mariã Gabriel archãgelꝰ mittitur. Q̃d tñ fuit sũmũ inter oĩa dina misteria: vt ibidẽ subdit. Et iõ simplr dõm est cũ Dio. q̧ superiores angeli nũq̧ ad exterius ministerium mittuntur.

Ad p̃mũ Ergo dõm, q̧ sicut in missionibꝰ dinarũ psonaꝝ aliqua est visibilis q̃ attẽdit fm creaturã corporeã: aliq̃ iuisibilis q̃ fit fm spũalẽ effectũ ita in missiõibꝰ ãgeloꝝ aliq̃ dr exterior: q̃. s. ẽ ad aliq̃d ministeriũ circa corpalia exhibẽdũ. Et fm hãc missionẽ nõ oẽs mittũt. Alia ẽ interior fʒ itellales effcũs: put. s. vnꝰ ãgelus illũinat aliũ. Et sic oẽs ãgeli mittũtur. Uel alr dõm, q̧ apl's iducit illd̃ ad ꝓbãduʒ q̧ xp̃s sit maior ãgelis, p q̃s data est lex: vt sic oñdat excellẽtiã noue legis ad veterem. Uñ nõ opʒ q̧ intelligat nisi de ãgel' misterij p q̃s data ẽ lex. ❡Ad 2m dõm fm Dio. q̧ ille ãgelꝰ q̃ missus ẽ ad purgãdũ labia ꝓphe fuit de iferioribꝰ ãgelis. Sʒ dictus est seraphin. i. incẽdẽs equoce pp h q̧ venerat ad incẽdẽdũ labia ꝓphe. Uel dõm q̧ supiores ãgeli cõicãt ꝓpria dona a q̃bꝰ denoiant mediantibꝰ iferioribꝰ ãgelis. Sic igit vnꝰ de seraphin dictꝰ ẽ purgasse incẽdio labia ꝓphe: nõ q̧ h ipse imediate fecerit, sʒ q̧ inferior ãgelꝰ ṽtute eiꝰ h fecit. Sicut papa dicitur absoluere aliquẽ: ẽt si p aliũ offm̃ absolõis ipendat. ❡Ad 3m dõm, q̧ diuine psone nõ mittũt i ministeriũ, sʒ equoce mitti dñr: vt ex p̃dictis pʒ. ❡Ad 4m dõm, q̧ in diuinis misterijs ẽ multiplex gradꝰ. Uñ nihil ꝓhibet ẽt ineq̃les ãgelos imediate ad ministeria mitti, ita tñ q̧ supiores mittant ad altiora ministeria: inferiores ṽo ad inferiora.

❡Utrũ angeli q̃ mittunt assistant. Ar.3.

AD tertiũ Uĩ q̃d etiã angeli qui mittunt assistãt. Dicit eñ Gre. in home. et mittunt igit angeli et assistũt: q̧ ẽt circũscriptꝰ ẽ angelicꝰ spũs, Sũmꝰ tñ spũs q̃ deꝰ ẽ circũscriptus nõ est. ❡P̃. Angelꝰ thobie in ministerium missus fuit. Sʒ tñ ipse dixit, Ego sum raphael ãgelꝰ vnꝰ ex septẽ q̃ astamꝰ añ deũ vt hr Thobie.12. ergo ãgeli q̃ mittũt assistunt. ❡P̃. Quilʒ ãgelꝰ btũs ꝓpinq̃or est deo q̃ sathan. Sed Sathã assistit deo: fm q̧ dr Job primo. Cũ assiste-
rent filij dei corã dño, affuit iter eos et sathã: ergo multo magis 2.di.10. ar.2.
angeli qui mittuntur in ministerium assistunt.

❡Preterea. Si inferiores angeli nõ assistunt: hoc non est nisi quia non immediate, sed per superiores angelos diuinas illuminationes recipiũt. Sed quilibet angelus per superiorem diuinas illuminationes suscipit excepto eo qui est inter omnes supremus: ergo solus supremus angelus assisteret. Quod est contra illud quod habetur dañ.7. decies millies centena millia assistebant ei: ergo etiam illi qui ministrant assistunt.

Sed cõtra Est, quod Greg. dicit.17. mora. super illd̃ Job: nunquid est numerus militum eiꝰ? Assistunt inquit ille potestates qui ad quedam hominibꝰ nunciãda non exeunt. Ergo illi qui in ministeriũ mittunt non assistunt.

Rñdeo Dicendum, quod angeli introducuntur assistẽtes et administrantes ad similitudinem eorum qui alicui regi famulantur. Quorũ aliq̃ui semp ei assistũt: et eiꝰ precepta immediate audiunt. Alij vero sunt ad q̃s precepta regalia p assistẽtes nunciantur: sicut illi q̃ administratiõi ciuitatũ preficiuntur: et hi dñr ministrantes sed non assistentes.

❡Considerandum est ergo quod omnes angeli diuinaʒ essentiam immediate vident. Et q̃tum ad hoc omnes etiam qui ministrant: assistere dicuntur. Unde Greg. dicit in.2. mora. quod semper assistere: aut videre faciem patris possunt qui ad ministerium exterius mittuntur pro nostra salute. Sed non omnes angeli secreta diuinorum mysteriorum in ipsa claritate diuine essentie percipere possunt: sed soli superiores per quos inferioribus denunciantur. Et secundum hoc soli superiores: q̃ sunt prime hierar. assistere dñr: cuius ꝓpriũ dicit esse Dio. imediate
a deo illũinari. ❡. Et p hoc pʒ solõ ad p̃mum et scõm: que pce- 520
dunt de primo modo assistendi.

Ad tertiũ. Sathã ñ dr astitisse: sʒ int assistẽtes affuisse describit: q̧ vt gre. dt. 2. mor. etsi btĩuem pdidit: nãʒ tñ ãgel' silẽʒ nõ

eñ supior vt agẽs supiꝰ se hʒ respectu iferioris. scd̃a ṽo ex pte cãe final. Manifestatio nãq̧ fidei finis ẽ miraculoꝝ et c. tertia ãt ex pte cãe formal. excellentia nãq̧ siue dignitas mistri ad magnitudinẽ rei gerẽde req̃sita formalr se hʒ ad ipm. scd̃o q̃d ex dcis pʒ solutio motiui partis aduerse: q̃m p̃termissio ordis hic appet q̧ nõ ẽ possibilis potẽtia ordiata sʒ potentia absoluta. oĩa clara sunt.

❡Super Arti.3.

In corpore duo. prio declaratur q̃d intersit inter assistẽ et mistrat scd̃o distinguit d assistẽtia 2r. et sic duabꝰ ꝯclonibꝰ rñdet q̃sito. 534

❡Quo ad p̃m dr q̃d ista metaphorice dñr de angel' q̧ assistẽtia ꝯsistit in imediata visiõe apd regẽ. Ministratio ṽo hʒ mediatam pceptionem. 551 2.di.10. ar.1.

❡Quo ad 2m distõ est. Assistentia. i. imediata visio 2r aut respectu dei: aut respectu dinoꝝ mysterioꝝ in deo: p̃ma ꝯclo rñsiua affirue oẽs ministrantes assistũt quo ad visionẽ di. Probatur: q̧ oẽs imediate vidẽt. Et ꝯfirmatur aucte Greg. 2a negatiue: soli supiores p̃e

Universidad de Deusto Biblioteca

hierarchie assistūt: q̄ ad pceptionē diuinoꝝ mysterioꝝ i deo. Probat aucte dionysij. qꝛ ei⁹ ē ꝓpriū illuminari imediate a deo.
b 405

Super Arti. 4.

In corpore vna ꝯclo responsiua q̄sito negatiue. Nō oēs āgeli scōe hierarchie mittunt. Probat. exequentes tm̄ mittūt: n oēs scōe hierarchie exequūt. g. Maior pbat: qꝛ mitti ē ex diuino ipio circa creaturā corpalē exercere. Minor vo qꝛ supm⁹ ordo hierarchie nō exeqt: sz q̄nqꝫ iseriores pbat. Dn̄i est impare: ceteroꝝ exequi ꝛc.
552 2.di.10. arti.3.

549 Sup. q. 113. Arti. 1.

In corpore vna ꝯclo responsiua q̄sito affirmatiue. Necesse ē hoies ab āgelis custodiri. pbat. Oia mobilia ꝛ variabilia p immobilia ꝛ inuariabilia regulant ꝓz ordinē diuine puidētie: hoies ꝓm cognitionē ꝛ affectionē sunt multiplr variabiles a bono. g opꝫ eos regulari p inuariabiles. g. Maior pbat iductiue i celo: ꝛ itelligētijs corpalib⁹ iferiorib⁹ ꝛ supiorib⁹ ꝛc. clara sunt omnia.

Super Arti. 2.

In corpore vna ꝯclo responsiua q̄sito affirmatiue. Singulis hoib⁹ singuli angeli ad custodiā deputant. Probat. puidētia dei pncipalr est circa perpetua: itaqꝫ circa trāseūtia est vt ordinent ad ꝑpetua. ergo aliter se hꝫ ad hoies / ꝛ aliter ad als corruptibiles creaturas. g ita se habet ad singulos homines sicut ad singula genera vel spēs corruptibiliū. Ergo custodia angelica similiter ad hoc se hꝫ. Antecedēs supponit ex

amisit. Ad 4m dōz, ꝙ oēs assistētes aliq̄ imediate vidēt i claritate diuine eēntie, ꝛ iō toti⁹ ꝑe hie. ꝓpriū eē dr imediate illumiari a deo. Sz supiores eoꝝ plā pcipiūt q̄ iferiores, de qb⁹ illumināt alios: sic ēt iter eos q̄ assistūt regi plā scit de secretis regis vnus q̄ alius.

Utrꝫ āgeli 2e hierarchie oēs mittāt. ar. 4

Ad quartū Sic pcedit. Ur, ꝙ āgeli 2e hier. oēs mittāt: āgeli em̄ oēs vel assistūt vel mistrāt, ꝓm ꝙ hr dan̄. 7. sz āgeli 2e hier. nō assistūt. Illuminātur em̄ p angelos pme hier. sic dicit dio. 8. c. ce. hier. oēs g āgeli 2e hier. i misteriū mittūt. Pt. Greg. dicit. 17. mora. ꝙ plēs sunt q̄ mistrāt q̄ q̄ assistūt: sz h nō eēt si āgeli 2e hier. i misteriū nō mitterēt. g oēs angeli scōe hier. in misteriū mittunt.

Sz cōtra Est, ꝙ dio. dic ꝙ dn̄ationes sūt maiores oi subiectiōe. Sz mitti i misteriū ad subiectionē ptinet. g dn̄ationes in ministeriū nō mittūtur.

Rn̄deo Dōm, ꝙ sic sup dcm̄ ē: mitti ad exteri⁹ misteriū ꝓpe ꝯuenit āgelo ꝓz ꝙ ex diuino ipio opat circa aliquā creaturā corpalē. Qd̄ q̄dē ptinet ad executionē diuini misterij: ꝓpetates aūt āgeloꝝ ex eoꝝ noib⁹ māifestāt, vt dio. dic. 7. c. ce. hier. ꝛ iō āgeli illoꝝ ordinū ad exteri⁹ ministeriū mittūt, ex q̄rū noib⁹ aliq̄ executio dat itelli. In noie āt dn̄ationū n̄ iportat aliq̄ executio sz sola dispō ꝛ ipiū d exeq̄ndis. Sz i noib⁹ inferioꝝ ordinū itellr aliq̄ executio. Nā āgeli ꝛ archāgeli denoiant a denūciādo: v̄tutes ꝛ ptātes dn̄r p respectū ad aliquē actū. Pricipis ēt est: vt Gre. dic iter alios opantes pore existere. Un̄ ad hos q̄nqꝫ ordies ptinet i exteri⁹ misteriū mitti: nō āt ad q̄tuor supiores.

Ad primū Ergo dōz, ꝙ dn̄atiōes ꝯputāt q̄dēter āgelōs mistrātes: nō sic exeq̄ntes misteriū: sz sic dispōnētes ꝛ mādātes q̄d p alios fieri dēat. Sicut architectores i artificijs nihil manu opant: sz solū disponūt ꝛ pcipiunt q̄d alij dēbeāt opari. Ad 2m dōm, ꝙ de nūero assistētiū ꝛ mistrātiū duplex rō hri pōt. Gre. em̄ dic plēs eēe mistrātes q̄ assistētes: itelligit em̄ qd̄ dr millia milliū ministrabāt ei: nō esse dictū multiplicatiue, sz partitiue: ac si diceretur millia de numero milliū: ꝛ sic ministrantiū nūerus ponit indefinit⁹ ad significādū excessum. assistētiū v̄o nūer⁹ finalis cū subdit: ꝛ decies millies cētena millia assistebāt ei: ꝛ h pcedit ꝓm rōnē plonicoꝝ: q̄ dicebant ꝙ quāto aliq̄ sunt vni p pncipio ꝓpinq̄ora: tāto sūt mioris multitudinis. Sicut q̄to numer⁹ ē ꝓpinq̄or vnitati: tāto ē multitudine minor. Et hec opio saluat q̄tū ad nūerū ordinū qū sex mistrāt, ꝛ tres assistūt. Sz dio. ponit. 14. c. ce. hier. ꝙ multitudo angelorum trāscēdit oēm mālē mltitudinē, vt. s. sic corpa supiora trāscēdūt corpa iferiora magnitudine q̄si in imēsum: ita supiores nāe icorporee trāscēdūt oēs nās corpeas: qꝛ qd̄ ē meli⁹ ē magis a deo intētū: ꝛ multiplicatū. Et ꝓz h, cū assistētes sint supiores mistrāti-
236 bus plēs erūt assistētes q̄ mistrātes. Un̄ ꝓz h millia milliū legit multiplicatiue: ac si diceret, Millies millia. Et qꝛ decies cētum sunt mille si diceret decies cētena millia daret itelli: ꝙ tot eēnt assistētes q̄t mistrātes: sz qꝛ dr decies millies cētena millia: multo plēs dn̄r assistētes q̄ mistrātes. Nec tn̄ hoc p tāto dr: qꝛ tāt⁹ solū sit āgeloꝝ numer⁹: sed multo maior: qꝛ oēm mālē multitudinem excedit. Quod significat per multiplicationem maximorum numerorum supra seipsos. s. denarij, centenarij, millenarij, vt Diony. ibidem dicit.

De custodia bonoꝝ angeloꝝ, ꝛ ipugnatiōe maloꝝ. Q̄o. 113.

Deinde Cōsiderādū est de custodia bonoꝝ angeloꝝ, ꝛ de ipugnatione maloꝝ. Et circa pm̄ q̄rūt. 8. p vtrꝫ hoies ab āgelꝭ custodiāt. 2°. vtrꝫ singulꝭ hoib⁹ singli āgeli ad custodiā deputēt. 3°. vtrꝫ custodia ptineat solū ad vltm̄ ordinē āgeloꝝ. 4°. vtrꝫ oi hoi ꝯueniat hre āgelū custodē. 5°. q̄n icipiat custodia circa hoiem. 6°. vtrꝫ āgelus sp custodiat hoiem. 7°. vtrū doleat de pditiōe custoditi. 8°. vtrū inter angelos sit pugna ratione custodie.

Utrum homines custodiantur ab angelis. Arti. 1.

Ad primū Sic pcedit. Ur, ꝙ hoies nō custodiant ab angelis: custodes em̄ deputant aliqb⁹, vel qꝛ nesciūt, vel qꝛ nō pñt custodire seipsos, sicut pueri ꝛ ifirmi: sz hō pōt custo- 555 5.dis.11. q.1.ar.2.
dire seipm̄ p liberū arb. ꝛ scit p nālē cognōnē legis nālis: g hō nō custodit ab āgelo. Pt. Ubi adest fortior custodia infirmior supfluere vr. Sz hoies custodiunt a deo, ꝓm illud psal. Nō dormitabit, neqꝫ dormiet q̄ custodit israel. g nō ē necēū ꝙ hō custodiat ab angelo. Pt. Perditio custoditi redūdat in negligētiā custodis. Un̄ dr cuidā. 3. reg. 20. Custodi virū istū q̄ si lapsus fuerit, erit aia tua p aia ei⁹: sz multi hoies q̄tidie peūt in pctm̄ cadētes: qb⁹ āgeli subuenire pñt, vel visibilr appendo: vel miracula faciēdo: vel aliq̄ sili mō. Essent ergo negligentes angeli si eoꝝ custodie hoies essent cōmissi, qd̄ patet esse falsuꝫ. Non igitur angeli sunt hominum custodes.

Sed cōtra Est, qd̄ dicitur in psal. Angelis suis mandauit de te vt cust. te in om. vijs tuis.

Rn̄deo Dōm, ꝙ ꝓm rōnē diuine puidētie h, i reb⁹ oib⁹ inuenit ꝙ mobilia ꝛ variabilia p imobilia ꝛ iuariabilia mouēt ꝛ regulāt. Sic oia corpalia p subas spūales ꝛ imobiles: ꝛ corpa iferiora p supiora, q̄ sunt iuariabilia ꝓm subam, sed ꝛ nosipsi regulamur circa ꝯnes in qb⁹ possum⁹ diuersimode opinari: p pncipia q̄ inuariabilr tenem⁹: manifestū est aūt ꝙ in reb⁹ agēdis cognitio ꝛ affect⁹ hoīs multiplr variari ꝛ deficere pñt a bono: ꝛ iō necessariū fuit ꝙ hoib⁹ angeli ad custodiam deputarētur per quos regularent ꝛ mouerentur ad bonum. b 15 568 541 538

Ad primū Ergo dōm, ꝙ p liberū arb. pōt hō aliq̄lr malū vitare: sz nō sufficeret: qꝛ ifirmat circa affectū boni ꝑ multiplices aīe passiōes. Silr ēt vlis cognitio naturalis legis q̄ hoi nālr adest aliq̄lr dirigit hoiez ad bonū: sz nō sufficiēter, qꝛ in applicādo vlia pncipia iuris ad pticularia opa ꝯtigit hoiez mltiplr deficere. Un̄ dr sap. ix. cogitatiōes mortaliū tide ꝛ icerte puītie nr̄e: ꝛ iō necīa fuit hoi custodia āgeli. Ad 2m dōz, ꝙ ad bonū opandū duo reqrūt. p q̄dē ꝙ affect⁹ iclinet ad bonū, qd̄ q̄dē fit i nobis p hitū v̄tutis moral. 2° āt ꝙ rō iueniat ꝯgruas vias ad pficiēdū bonū v̄tutis. Qd̄ q̄dē phs attribuit prudētie: q̄tū g ad pm̄ de⁹ imediate custodit hoiem infundēdo ei grām ꝛ v̄tutes: q̄tū aūt ad 2m de⁹ custodit hoiem sicut vlis instructor: cui⁹ instructio ad hoiez puenit mediātib⁹ angelis: vt sup hitū est. Ad 3m dōz, ꝙ sicut hoies a nāli instinctu boni discedūt ꝑ passionē pcti: ita ēt discedūt ab instigatiōe bonoꝝ āgeloꝝ, q̄ fit iuisibilr p hq̄ qd̄ hoies illumināt ad bn̄ agēdū. 545
Un̄ ꝙ hoies peūt, nō est iputādū neglie āgeloꝝ: sed malitie hominū. Qd̄ aūt aliq̄n pter legē cōem hoibus visibilr appent ex spāli dei grā est: sicut ēt pter ordinē nāe miracula fiunt.

Utrū singuli hoies a singulis āgelis custodiātur. Art. 2.

Ad scdm Sic pcedit. Ur, ꝙ nō singuli homines a singlis āgelis custodiātur: āgel⁹ em̄ est v̄tuosior q̄ hō. Sz vn⁹ hō sufficit ad custodiā multoꝝ hoim. g multo magis vn⁹ angel⁹ mltos hoies pōt custodire. Pt. Inferiora reducunt i deū a supiorib⁹ p media: vt Dio. dicit. Sz cū oēs angeli sint ineq̄les: vt sup dictū est: sol⁹ vn⁹ āgelus est iter quē ꝛ hoies nō est aliq̄s medi⁹: g vn⁹ angel⁹ solus est q̄ imediate custodit hoies. Pt. Maiores angeli maiorib⁹ officijs deputāt. Sz nō est mai⁹ offm̄ custodire vnū hoiem q̄ aliū, cū oēs hoies natura sint pes: cū g oim angeloꝝ sit vn⁹ maior alio ꝓm Dio. vr ꝙ diuersi hoies non custodiantur a diuersis angelis. 554 4.di.19 q.1.ar.3. q.1.col. 551

Sz cōtra Est, ꝙ Hiero. exponens illud Mat. Angeli eoꝝ i celis, dicit. Magna est dignitas aiaꝝ vt vnaqueqꝫ habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum.

Rn̄deo Dōm, ꝙ singulꝭ hoib⁹ singuli āgeli ad custodiā deputāt. Cui⁹ rō est: qꝛ āgeloꝝ custodia est q̄dā executio diuine puidētie circa hoies. Prouidētia āt dei aliter se

b 504 superioribus. prima consequentia probatur: qꝛ aliter se hꝫ homo ꝛ aliter cetera ad perpetuitatez: qꝛ homo est ꝑpetu⁹ et specie / ꝛ indiuiduo secūdum formā: illa vero specie tantū. secunda consequentia probatur ex eadem radice: quia quilibet homo equiualet vni speciei vel generi quo ad perpetuitatem: imo prestat. Tertia vero consequentia pbatur: qꝛ custodia angelica est executio diuine puidentie. Ultima autē pbatur: quia generibus diuersis ꝓm Gregorium diuersi ordines deputātur: ꝛ ꝓm Augustinum Damascenum ꝛ Origenem singulis specieb⁹ diuersi angeli: qd̄ pbabile hic dr. In hisem sat est rationi consona dicere.

In responsione ad tertiū aduerte ꝙ nō est intentio litere cōstruere hanc vniuersaliter: ꝙ maius sit custodire vnū hominem q̄ alium: cū contingat plures homines ad equale equa- 551
liter ex diuina prouidentia ordinari: sed destruere hanc negatiuam vniuersalem: non est maius custodire vnum hoiem q̄ aliuꝫ: ꝛ h optime fit.

Super arti. 3.

Titul⁹ clar⁹. In corpore vna distinctio bimembris cum duabus iuxta membra ꝯclusionibus responsiuis quesito.

Distinctio est. custodia hominum est
a 555 duplex: particularis et vniuersalis: vt patet ex responsione ad primum in precedenti articulo.

Prima cōclusio est affirmatiue. Custodia particularis hominū pertinet ad in-
555 2.dis.11. q.1.ar.2 fimum ordinem angeloꝝ tantū. Probatur: minima ꝓm Gregorium pertinēt ad infimum ordinē: sed procuratio eoꝝ que sunt ad salutē vnius tantū est minimū inter officia angelica.

Secunda conclusio est rn̄siua negatiue virtualiter. Custodia vniuersalis mul-
552 tiplicatur secundum diuersos ordines. Primo probatur: qꝛ quanto agēs est vniuersalius tāto est superius. Secundo explanatur ipsa multi-

hꝫ ad hoies ꝛ ad alias corruptibiles creaturas: qꝛ alr se hñt ad incorruptibilitatez. Hoies em̄ nō solū sunt icorruptibiles q̄tū ad cōem speciē: sed etiā q̄tū ad ꝓprias formas singuloꝝ q̄ sunt aīe ratiōales. Qd̄ de alijs reb⁹ corruptibilib⁹ dici nō pōt. Manifestū est aūt ꝙ puidētia dei pncipalr est circa illa q̄ ꝑpetuo manēt. Circa v̄o ea q̄ trāseunt puidētia dei est: inq̄tū ordinat ipa ad res ꝑpetuas. Sic igit puidētia dei cōparatur ad singulos hoies: sicut cōparat ad singula gn̄a vel spēs corruptibiliū rerū. Sed ꝓm Greg. diuersi ordies deputant diuersis rerū gn̄ib⁹. Puta ptātes ad arcēdos demones: virtutes ad miracula facienda in reb⁹ corporeis. Et pbabile est ꝙ diuersis speciebus rerū diuersi angeli eiusdē ordinis pficiant. Un̄ etiā rōnabile est vt diuersis hoibus diuersi angeli ad custodiā deputētur.

Ad primū Ergo dōz, ꝙ alicui hoi adhibet custos duplr. Uno mō inq̄tū est hō singularis. Et sic vni hoi debet vn⁹ custos: ꝛ interdū plēs deputant ad custodiaz vni⁹. Alio mō inq̄tū est ps alicui⁹ collegij. Et sic toti collegio vn⁹ hō ad custodiā ꝓponit. Ad quē ptinet puidere ea q̄ ptinēt ad vnū hoiem in ordine ad totū collegiū. Sicut sunt ea q̄ exteri⁹ agūt, de qb⁹ alij edificant vel scādalizant. Angeloꝝ aūt custodia deputat hoib⁹ ēt q̄tū ad inuisibilia ꝛ occulta q̄ ptinent ad singuloꝝ salutē ꝓm seipsos. Un̄ singulis hoib⁹ singuli angeli deputant ad custodiā. Ad scōz dōm, ꝙ sicut dictū est: angeli pme hierarchie: oēs q̄tū ad aliq̄ illuminant imediate a deo. Sz q̄dā sunt de qb⁹ illuminant superiores tm̄ imediate a deo: q̄ inferiorib⁹ reuelant. Et idē ēt in inferiorib⁹ ordinib⁹ ꝯsiderādū est. Nā aliq̄s infim⁹ angel⁹ illuminat q̄tū ad q̄dā ab aliq̄ supmo: ꝛ q̄tū ad aliqua ab eo q̄ imediate sibi pfert. Et sic etiā pōt esse qd̄ aliq̄s angelus immediate illuminet hoiem: q̄ tn̄ hꝫ aliq̄s angelos sub se: q̄s illuminat. Ad tertiū dōm, ꝙ q̄uis hoies nā sint pares: tn̄ ineq̄litas in eis inuenit ꝓm qd̄ ex diuina puidētia q̄dā ordinant ad mai⁹: et q̄dā ad min⁹: ꝓm illud qd̄ dr eccl. 33. In multitudine discipline dn̄i separauit eos: ꝛ ipsis benedixit: ꝛ exaltauit ex ipsis, maledixit ꝛ humiliauit: ꝛ sic maius officium est custodire vnum hominem q̄ alium.

Utrum custodire hoies pertineat solum ad infimum ordinem angeloꝝ. Arti. 3.

Ad tertiū Sic pcedit. Ur, qd̄ custodire hoies nō ptineat solū ad infimū ordinē angeloꝝ. Dicit em̄ Chryso. ꝙ hoc qd̄ dr Mat. 18. angeli eoꝝ in celis ꝛc. intelligit nō de qbuscūqꝫ angelis: sz de supeminētib⁹. g supeminētes angeli custodiūt hoies. Pt. Apls ad Heb. dicit qd̄ angeli sunt in ministeriū missi ppter eos q̄ hr̄ditatē capiūt salutis. Et sic vr qd̄ missio angeloꝝ ad custodiā hoim ordinet. Sz q̄nqꝫ ordines in exteriūs ministeriū mittunt: vt supra dictū est. Ergo oēs angeli quinqꝫ ordinum custodie hoim deputant. Pt. Ad custodiam hoim maxime videt esse necessariū arcere demones: qd̄ maxime pertinet ad potestates ꝓm Greg. ꝛ miracula facere: qd̄ pertinet ad virtutes. Ergo illi etiam ordines deputantur ad custodiam: ꝛ non solum virtutes.

Sed ꝯtra Est, qd̄ in ps. Custodia hoim attribuit āgelis: quorum ordo est infimus ꝓm Diony.

Rn̄deo Dōm, ꝙ sicut supra dictū ē: hoi custodia 2r adhibetur. Uno mō custodia pticularis ꝓm qd̄ singulis hoib⁹ singuli angeli ad custodiā deputant. Et talis custodia ptinet ad infimū ordinē āgeloꝝ: quoꝝ ꝓm Gre. est minima nūtiare. Hoc aūt vr eē minimū in officijs āgeloꝝ pcurare ea q̄ ad vni⁹ hoīs salutē pertinēt. Alia v̄o est custodia vlis. Et hec multiplicat ꝓz diuersos ordies. Nā q̄to agēs fuerit vlius: tāto ē supi⁹. Sic igit custodia hūane multitudis ptinet ad ordinē pncipatuūz vel forte ad archāgelos q̄ dn̄r pncipes āgeloꝝ. Un̄ ꝛ Michael: quē archāgelū dicim⁹: vn⁹ de pncipib⁹ dr Dan̄. 10. Ulteri⁹ aūt sup oēs nās corpeas hñt custodiaz v̄tutes. Et vlteri⁹ ēt sup demones hñt custodiā ptātes. Et vlteri⁹ super bonos spūs hñt custodiā principatus vel dn̄ationes ꝓm Grego.

Ad pmū Ergo dōm, ꝙ v̄bū Chry. pōt intelligi: vt loquat de supremis in ordine infimo angeloꝝ. Qꝛ, vt Dio. dr, in q̄libet ordine sunt pmi medij ꝛ vltimi. Est aūt pbabile, qd̄ maiores āgeli deputent ad custodiā eoꝝ q̄ sunt ad maiorem gradū glie a deo electi. Ad 2m dōm, qd̄ nō oēs āgeli q̄ mittunt hñt pticularē custodiā sup singulos hoies: sz q̄dā ordines hñt vlem custodiā magis vel min⁹: vt dcm̄ ē. Ad 3m dōm, ꝙ ēt inferiores angeli exercēt officia supioꝝ inq̄tū aliq̄d de dono eorū pticipāt, ꝛ se hñt ad supiores sicut executores virtutis eoꝝ. Et p hūc modū etiā oēs angeli infimi ordinis possunt ꝛ arcere demones ꝛ miracula facere.

Utrum omnibus hominibus angeli ad custodiam deputentur. Arti. 4.

Ad quartū Sic pcedit. Ur, ꝙ nō oibus hoib⁹ āgeli ad custodiā deputēt. Dr. n. de xp̄o phi. 2. ꝙ est in silitudinē hoium factus ꝛ habitu inuētus vt hō. Si igit oibus hoibus angeli ad custodiā deputant etiaꝫ christus āgelū custodē hūisset. Sz hoc vr inꝯueniēs: cū xp̄s sit maior oibus āgelis. Nō ergo oib⁹ hoibus angeli ad custodiā dputātur. Pt. Oium hoium pm⁹ fuit Adā. Sz sibi nō cōpetebat hre āgelū custodē ad minus i statu inocētie: qꝛ tūc nullis piculis angustiabat. Ergo āgeli nō pficiunt ad custodiā oibus hoib⁹. Pt. Hoib⁹ angeli ad custodiā deputant: vt p eos manuducant ad vitā eternā: ꝛ incitent ad bn̄ opandū ꝛ muniant ꝯ insult⁹ demonū. Sz hoies pesciti ad dānationē nūq̄ pueniūt ad vitā eternā: infideles ēt etsi interdū bona opa faciāt: nō tn̄ bn̄ faciūt: qꝛ nō recta intētiōe faciūt. Fides em̄ intētionē dirigit: vt Aug. dicit. Antixp̄i etiā aduētus erit ꝓm opōnem sathane: vt dr 2. ad Thes. 2. Non ergo oibus hoibus āgeli ad custodiam deputantur.

Sed cōtra Est autoritas Hiero. supra iducta, qui dicit qd̄ vnaqueqꝫ aīa ad sui custodiam habet angelum deputatum.

Rn̄deo Dōm, ꝙ hō in statu vite isti⁹ constitutus est quasi in quadam via qua debet tendere ad patriam. In qua quidē via multa pericula hoi iminent: tū ab interiori, tuꝫ ab exteriori: ꝓm illud ps. In via hac qua ambulabam absconderunt laqueū mihi. Et iō sicut hoib⁹ per viā non tutā ambulantibus dantur custodes: ita et 354 arg° 2.

plicatio ascendendo a multitudie humana ad omnia corpora ad demones / ad angelos / ad archangelos vel principes: v̄tutes / potestates / ꝛ principatus vel dominationes apd̄ Gregorium. Recolito hic qd̄ litera bis meminit ordinis qui dicitur principatus primo coniungēdo cum archangelis propter opinionem Diony. secundo supra potestates propter Gregorium. a 554

Super Arti. 4.

Titul⁹ clar⁹. In corpore est vna distinctio bimembris cū duabus conclusionibus iuxta membra. Distinctio est. homo habet duplicem statum. s. vie ꝛ termini. Prima conclusio responsiua q̄sito affirmatiue est. Oēs homines i statu vie habent angelos custodes. Probatur. constitutis in via in q̄ multa iminēt picula dātur custodes. Omnes homines in statu vie sunt huiusmodi. probat minor dupliciter. Primo rōne. tū qꝛ ab interius: tū qꝛ ab exterius sunt inimici. Secūdo autoritate psal. Secunda conclusio est: homines i termino nō habebunt custodes: sed conregnātes aut punientes socios. 356 2.dis.11. q.1.ā.3.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Super Arti.5.
T Itul⁹ clarus.
¶In corpore duo. Prio recitant due opiniones circa q̄situ. s. ab ortu vl' a baptismo. Scd̄o reiicit q̄ a baptismo: et p̄bat sil' q̄ ab ortu.
c 159 Distinguēdo duplex gen⁹ bñficioꝝ. s. cōiu3 oib⁹ hoib⁹/ ⁊ pprioꝝ xp̄ianis: ⁊ arguendo
478 qd̄ hec cū xp̄ianitate illa cū creatura rōnali icipiūt. Sed custodia angelica est bñficiū cōe. Dubiū āt qd̄ hic remanet: q: s. ex ista rōne vr̄ q̄ angelica custodia incipiat ab ortu in vtero scd̄m aiam rōnalē: ⁊ non a natiuitate ex vterū/ soluit i rñsiōe ad 3m: ex h̄ q̄ i ortu ex vtero icipit nā rōnalis p̄lis vt ppria illi cum pri⁹ esset sic ei⁹ qd̄ tñ alteri⁹ aliqd. s. mr̄is: et iō ex vteꝝ inchoat custos ppri⁹: sicut et nā: prius exñte custode communi.

¶Super Arti.6.
557 T Itul⁹ clarus.
¶In corpore vna zclō rñsiua quesito negatiue. Angel⁹ custos nunq̄ totalr̄ dimittit suu3 hoie3. Probat. diuia pudētia nullā rē totalr̄ derelinqt: q̄uis q̄ ad aliqd deserat p̄mittēdo: ḡ custodia angelica nūq̄ totalr̄ dimittit custoditu3: q̄uis q̄ ad aliqd p̄missiue relinqt. Ans q̄ ad p̄mā ptē p̄bat: inq̄tū pticipat aliqd de eē tm̄ de puidētia diuia: s3 iplicat q̄ aliqd sit/ ⁊ dserat totalr̄ ab esse. ḡ. q̄ ad scd̄am ꝟo: q: de⁹ pmittit incurri i aliquē defectū pene vel culpe. Cōsequētia ꝟo p̄bat q: custodia āgelica est executio q̄dā diuie puidētie circa hoies. Explanāt pinde auctes scripture ex sensu cōclusionis vt patet.
¶In rñsione ad 3m aduerte: q̄ non d̄r in lr̄a/ q̄ angel⁹ sit sil' in celo ⁊ i custodito hoie p effectū actualē in illo: s3 q̄ i celo q̄nq̄ existēs nō relinqt hoie3 quo ad effectū: q: vigilat sup illū: ⁊ stati3 si opus est subuenire p̄t. Un̄ in lr̄a hec duo ponunt. s. actualis co-
553 gnitio eoꝝ: que circa
556 custodiēdum hoiem
c b c fiūt et po⁹ p̄rima ac expedita absq̄ interuallo tp̄is mediȷ ad subueniēdū. Et pp h̄ d̄r nō relinq̄re q̄ ad ef-

cuilibet hoi q̄diu viator est custos āgel⁹ deputat. Qn̄ āt iā ad terminū vie puenerit: iā nō hēbit āgelū custodē: s3 hēbit i regno angelū cōregnātē in iferno demonē puniētē.

Ad primū Ergo dd̄m, q̄ xp̄s s̄m q̄ hō imediate regulabat a ꝟbo dei. Un̄ nō idigebat custodia angeloꝝ. Et iterū s̄m aiam erat cōphēsor: sed ratiōe passibilitatis corpis erat viator. Et s̄m h̄ nō dēbat ei āgel⁹ custos tāq̄ supior: s3 magis minister tāq̄ iferior. Un̄ d̄r Matt. 4. q̄ accesserūt āgeli: ⁊ mistrabāt ei. ¶Ad 2m dd̄m, q̄ hō i statu innocētie nō patiebat aliqd piculū ab iteriori: q: iteri⁹ erāt oia ordinata: vt supra dictū est: s3 iminebat ei periculū ab exteriori ppter insidias demonū: vt rei pbauit euēt⁹. Et iō indigebat custodia āgeloꝝ. ¶Ad 3m dd̄m, q̄ sicut p̄sciti et infideles, ⁊ ēt antixp̄s nō puant iteriori auxilio nālis rōnis: ita ēt nō priuant exteriori auxilio toti nāe hūane diuinit⁹ zcesso. s. custodia āgeloꝝ: p quā etsi nō iuuēt q̄tū ad h̄ q̄ vitā eternā bonis opib⁹ mereant: iuuantur tñ quātū ad hoc qd̄ ab aliqb⁹ malis retrahunt: qb⁹ et sibiȷpsis ⁊ aliȷs nocere pñt. Nā ⁊ ipsi demones arcent per bonos angelos: ne noceant quantū volunt. Et silr̄ antichristus nō tantū nocebit: quātum vellet.

¶Utrū angelus deputetur homini ad custodiam a sua natiuitate. Arti.5.

A D q̄ntū Sic pcedit. Ur̄ q̄ āgel⁹ nō deputet hoi ad custodiā a sua natiuitate. Angeli em̄ mittunt in ministeriū ppter eos q̄ hr̄ditatē salutis capiunt: vt apl's ad heb. dicit. S3 hoies incipiūt hr̄ditatē capere salutis qñ baptizant. Ergo āgelus deputat hoi ad custodia3 a tpe baptismi: ⁊ non a tpe natiuitatis. ¶P̄. Hoies ab angelis custodiunt inq̄tū ab eis illuminātur per modū doctrine. S3 pueri mox nati nō sunt capaces doctrine: q: non hñt vsum rōnis. Ergo pueris mox natis nō deputant angeli custodes. ¶P̄. Pueri in mr̄no vtero exñtes hñt aiam rōnalē aliquo tpe: sicut ⁊ post natiuitatē ex vtero. S3 cū sunt in mr̄no vtero nō deputant eis angeli ad custodiā, vt vr̄: q: neq̄ etiā ministri ecclesie eos sacris imbuūt. Nō ergo statim a natiuitate hoibus angeli ad custodiam deputātur.

S3 ō Est, q̄ Hier. dicit: qd̄ vnaqueq̄ anima ab ortu natiuitatis h3 in custodiam sui angelum deputatum.

Rñdeo Dd̄m, qd̄ sicut Orige. d̄r sup Matt. sup h̄ est duplex opinio. Quidā em̄ dixerūt q̄ āgel⁹ ad custodiā hoi deputat a tpe baptismi: aliȷ ꝟo q̄ a tpe natiuitatis. Et hāc opinionē Hier. approbat. Et rōnabilr̄. Bñficia em̄ q̄ dant hoi diuinit⁹ ex eo q̄ est xp̄ianus: incipiūt a tpe baptismi. Sicut perceptio eucharistie: ⁊ alia hmōi. S3 ea q̄ puident hoi a deo inq̄tū h3 nām rōnalē: extūc ei exhibentur ex quo nascēdo talē naturā accipit. Et tale beneficiū est custodia angelorum: vt ex premissis patet. Unde statim a natiuitate h3 homo angelum ad sui custodiam deputatum.

Ad primū Ergo dd̄m, qd̄ angeli mittunt in ministeriu3 efficaciter q̄dē ppter eos solos q̄ hr̄ditatē capiūt salutis: si zsideret vltim⁹ effect⁹ custodie: q̄ est pceptio hr̄ditatis. Nihilomin⁹ tñ ⁊ aliȷs ministeriū angeloꝝ nō subtrahit: q̄uis in eis hāc efficaciā nō hēat q̄ pducātur ad salutē. Efficax tñ est circa eos angeloꝝ ministeriū inq̄tū a multis malis retrahūtur. ¶Ad scd̄m dd̄m, q̄ officiū custodie ordiat q̄dē ad illumiatiōnē doctrie: sic ad vltimū ⁊ pncipalē effectū. Nihilomin⁹ tñ multos alios effect⁹ h3 q̄ pueris cōpetūt. s. arcere demōes: ⁊ alia nocumenta tā corpalia q̄ spūalia phibere. ¶Ad tertiu3 dd̄m, qd̄ puer q̄diu est i mr̄no vtero nō totalr̄ est a mr̄e sepat⁹: s3 p quādā colligationē est q̄dā mō adhuc aliqd ei⁹ sicut ⁊ fruct⁹ pēdēs in arbore est aliqd arboris. Et iō pbabilr̄ dici pōt q̄ āgel⁹ q̄ est i custodia mr̄is custodiat plem in mr̄is vtero existentē. Sed in natiuitate qñ separatur a matre: angelus ei ad custodiam deputatur: vt Hiero. dicit.

¶Utrum angelus custos q̄nq̄ deserat hominem. Arti.6.

A D sextū Sic pcedit. Ur̄ q̄ angel⁹ custos q̄nq̄ deserat hoiem cui⁹ custodie deputat. Dicit em̄ Jere. 51. ex psona angeloꝝ: Curauim⁹ Babylonē et nō est curata. Derelinquamus ḡ eā. Et Jsa. 5. Auferā sepē ei⁹: ⁊ erit in cōculcatiōe. Gl. i. angeloꝝ custodiā. ¶P̄. Principali⁹ custodit de⁹ q̄ angel⁹. S3 de⁹ aliqñ hoiem derelinquit s̄m illud psal. De⁹ de⁹ me⁹ respi. in me: quare me dereliq̄sti? Ergo multo mag⁹ angelus custos hoiem derelinqt. ¶P̄. Sicut dicit Dam̄. angeli cū sunt hic nobiscum nō sunt in celo. Sed aliquando sunt in celo. Ergo aliquando nos derelinquunt. 538 2.dis.11. q.1.ā.4.

S3 ō Demones nos semper impugnant: s̄m illud. 1. Pe. 5. Aduersarius vester dia. tāq̄ leo rug. cir. querens quem deuo. Ergo multo magis boni angeli semper nos custodiunt.

Rñdeo Dd̄m, q̄ custodia angeli: vt ex supradictis pt3: est q̄dā executio diuine puidētie circa hoies facta. Manifestū est aūt qd̄ nec hō nec res aliq̄ totalr̄ diuine puidētie subtrahit. Jnq̄tū em̄ aliqd pticipat de esse intm̄ subditur 554 vl' puidētie entiū. S3 intm̄ de⁹ s̄m ordinē sue puidētie d̄r hoie3 derelinq̄re inq̄tū pmittit hoie3 pati aliquē defectū vel pene vel culpe. Silr̄ ēt dd̄m est, q̄ angelus custos nunq̄ totalr̄ dimittit hoiem: sed ad aliqd interdū eū dimittit: put. s. nō impedit quin subdat alicui tribulationi: vel ēt qn cadat in pctm̄ s̄m ordinē diuinoꝝ iudicioꝝ. Et s̄m h̄ babylon ⁊ dom⁹ israel ab angelis derelicte dñr: q: angeli earū custodes nō impediuerūt qn tribulationib⁹ subderētur. ¶Et per hoc p3 solutio ad primū ⁊ scd̄m.

Ad tertiū Dd̄m, q̄ angel⁹: etsi iterdū derelinquat hominē loco: nō tñ derelinqt eū q̄tū ad effectū custodie: q: ēt cū est i celo cognoscit qd circa hoiem agat. Nec indiget mora tpis ad motū localē: sed statim pōt adesse. 274

¶Utrū angeli doleant de malis eoꝝ quos custodiunt. Ar.7.

A D septimū Sic procedit. Ur̄ q̄ angeli 559 2.dis.11. q.1.ā.5. doleāt de malis eoꝝ q̄s custodiūt. Dicit em̄ Jsa. 33. Angeli pacis amare flebūt. Sed fletus est signū doloris ⁊ tristitie. Ergo angeli tristātur de malis hoim quos custodiunt. ¶P̄. Tristitia est: vt Aug. dicit: de his q̄ nobis nolētibus accidūt. S3 pditio hois custoditi est ō volūtatē āgeli custodis. Ergo tristant āgeli de pditiōe hoim. ¶P̄. Sicut gaudio zriat tristitia: ita pnie zriat pctm̄. Sed angeli gaudēt de pctōre pniam agēte: vt hr̄ Luc. 15. Ergo tristantur de iusto in pctm̄ cadente. ¶P̄. Sup illud numeri. 13. q̄cq̄d offert primitiarū ⁊c. dicit gl. Orig. trahunt āgeli i iudiciū vtrū ex ipsoꝝ negligētia an hoim ignauia lapsi sint. S3 q̄libet rōnabilr̄ dolet de malis ppter q̄ in iudiciū tractus est: ergo angeli dolent de peccatis hominum.

Sed cōtra. Ubi est tristitia ⁊ dolor, non est perfecta felicitas. Un̄ d̄r Apo. 21. Mors vltra nō erit: neq̄ luct⁹: neq̄ clamor neq̄ vllus dolor. Sed angeli sunt perfecte beati: ergo de nullo dolent.

Rñdeo Dicendum, q̄ angel' non dolent: neq̄ de peccatis, neq̄ de penis hoim. Tristitia em̄ et dolor s̄m Aug. non est nisi de his que contrariantur volūtati. Nihil autem accidit in mundo quod sit contrarium voluntati angeloꝝ ⁊ alioꝝ btōꝝ: q: volūtas eoꝝ totalr̄ inheret ordini diuine iustitie. Nihil aūt fit in mūdo nisi qd̄ p diuinā iustitiā fit: aut pmittit. Et iō simplr̄ loquēdo nihil fit in mūdo ō volūtatē btōꝝ. Ut em̄ ph̄s d̄t in. 3. ethi. illud d̄r simplr̄ volūtariū: qd̄ aliq̄s vult in pticulari: s̄m qd̄ agit: zsideratis. s. oib⁹ q̄ circūstāt: q̄uis in vli zsideratū nō eēt volūtariū. Sicut nauta nō vult piectionē mercīū in mare absolute, ⁊ vl'r zsiderādo: sed imminēte periculo salutis hoc vult. Un̄ magis est hoc volūtariū, q̄ inuolūtariu3: vt ibidē d̄r. Sic igit angeli: pctā ⁊ penas hoim vl'r et absolute loquēdo nō volūt: volūt tñ qd̄ circa hoc ordo diuine iustitie seruetur: s̄m quā quidā penis subdūtur: ⁊ peccare permittuntur.

¶Super Arti.7.
T Itul⁹ clar⁹.
¶In corpe ē vna cōclō rñsiua q̄sito negatiue: quā pbat p⁹: deinde explanat. Est ḡ zclō. Angeli nō dolent de malis custoditoru3. Probat. dolor est de inuolūtario simplr̄: nihil fit i mūdo inuolūtariū simplr̄ angelis sctis. ḡ angeli scti de nullo dolēt. Maior pbat auctē augustini. Minor pbat. ordo diuine iustitie ē totalr̄ volūtari⁹ angelis. ḡ nihil fit i mūdo ō eoꝝ volūtatē. Tz seq̄la q: nihil fit nisi s̄m ordinē diuie iustitie. Explanat deide hec rō distinguēdo ex ſtio ethicoꝝ volūtariū ⁊ inuolūtariū simplr̄ ⁊ i vli: ⁊ applicādo ad ppositū. patent oia.

fectu3 custodie: sicut mr̄ nō d̄r relinq̄re infantē: qñ ita ppe iuxta eū vigilās occupat/ q̄ statim pōt illi in omnibus adesse.

Ad primū Ergo dd̄m, q̄ ꝟbū illud Esa. pōt intelligi de angelis. i. nūtiȷs Ezec. q̄ fleuerūt ppter ꝟba Rapsacis. De qb⁹ hr̄ Jsa. 37. Et hoc s̄m lr̄alem sensum. Scd̄m ꝟo allegoricū: angeli pacis sunt apl'i et p̄dicatores: qui flent p pctis hoim. Si ꝟo s̄m sensum anagogicum exponat de angelis bonis: tūc metaphorica erit locutio ad designādū qd̄ angeli volūt in vl'i hoim salutē. Sic em̄ deo ⁊ angelis: hmōi passiones attribuunt. ¶Ad scd̄m pt3 sol'o per ea que dicta sunt. ¶Ad tertiū dd̄m, qd̄ tā in pnia hoim: q̄ in pctō: manet vna rō gaudiȷ angelis. s. impletio ordinis diuine puidētie. ¶Ad quartū dd̄m, q̄ angeli ducūt in iudiciū p pctis hoim: nō quasi rei: sed quasi testes ad conuincendum hoies de eorum ignauia.

¶Utrū inter angelos possit esse pugna seu discordia. Arti.8.

560 2.di.11. q.2.ā.5. A D octauū Sic pcedit. Ur̄ q̄ inter angelos non possit esse pugna: seu discordia. Dr̄ em̄ Job. 25. Qui facit cōcordiā in sublimib⁹. Sed pugna opponit zcordie. Ergo in sublimib⁹ angelis nō est pugna. ¶P̄. Ubi est pfecta charitas ⁊ iusta platio: nō pōt esse pugna. Sed hoc totū est in angelis. Ergo in angelis nō est pugna. ¶P̄. Si angeli dicūtur pugnare p eis quos custodiūt: necesse est qd̄ vnus angel⁹ foueat vnā partē: ⁊ alius aliā. Sed si vna pars h3 iustitiā: zstat qd̄ alia pars habeat iniustitiā. Ergo sequit q̄ angelus bonus sit fautor iniustitie. Qd̄ est inconueniens. Ergo inter bonos angelos non est pugna.

S3 ō Est, q̄ d̄r Dan. 10. ex psona Gabriel. Princeps regni psarū restitit mihi viginti ⁊ vno dieb⁹. Hic aūt princeps psarū erat āgel⁹: regno psarū i custodiā deputat⁹. Ergo vnus bonus angelus resistit aliȷ. Et sic inter eos est pugna.

Rñdeo Dd̄m, q̄ ista qō mouet occasiōe hoꝝ ꝟboꝝ Danie. Que q̄dē Hiero. exponit dicēs principē regni persarū esse angelū q̄ se opposuit liberatiōi ppl'i israelitici: p quo Dan. orabat: Gabriele pces ei⁹ deo pñtāte. Hec aūt resistētia potuit fieri: q: pnceps aliq̄s demonū iudeos in perfide3 ductos ad pctm̄ induxerat: p qd̄ impedimentū p̄stabat orationi Dan. p eodē ppl'o deprecātis. Sed s̄m Grego. 17. mora. princeps regni psarū bonus angelus fuit custodie regni illi⁹ deputatus. Ad videndū igit qualr̄ vnus angel⁹ alteri resistere d̄r, cōsiderandū est, qd̄ diuina iudicia circa diuersa regna ⁊ diuersos hoies: p angelos exercent. Jn suis aūt actionibus angeli per diuinā sniam regulant. Contingit autē q̄nq̄ qd̄ in diuersis regnis vel in diuersis hoibus ōria merita vel demerita inueniūtur: vt vn⁹ alteri subdat, aut p̄sit. Quid aūt sup hoc ordo diuine sapiētie habeat: cognoscere nō pñt, nisi deo reuelante. Un̄ necesse hñt sup his sapiētiam dei zsulere. Sic igit inquantū de contrariȷs meritis ⁊ sibi repugnātibus: diuinā cōsulunt volūtate3 resistere sibi inuicē dñr: nō q: sint eoꝝ ōrie volūtates: cū in hoc oēs zcordent qd̄ dei snia impleat: sed q: ea de quib⁹ zsulūt sunt repugnantia. ¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

¶De impugnatione demonum. Qō.114.

D Einde Cōsiderandū est de impugnatione demonū. ¶Et circa hoc querūtur quinq̄. Primo, vtrū hoies a demonib⁹ impugnētur. Scd̄o, vtrū tētare sit ppriū diaboli. Tertio, vtrū oia pctā hoim ex impugnatiōe siue tētatione demonū pueniāt. Quarto, vtrū possint vera miracula facere ad seducendum. Quinto, vtru3 demones qui ab hominibus superantur: ab impugnatione hominum arceantur.

¶Utrū hoies ipugnent a demonibus. Arti.1.

561 De mal. q.3.ar.3. Et ar.4 tor. A D primū Sic pcedit. Ur̄ q̄ hoies nō impugnent a demonib⁹. Angeli em̄ deputant ad hoim custodiā missi a deo. S3 demōes nō mittunt a deo cū demonū intētio sit pdere aias: dei aūt saluare. Ergo demones non deputant ad hoim impugnationē. ¶P̄. Nō est equa zditio pugne: vt ifirm⁹ ō fortē: ignar⁹ ō astutū exponat ad bellū. S3 hoies sunt infirmi ⁊ ignari: demōes aūt potētes ⁊ astuti. Nō est ḡ pmittēdū a deo: q̄ est ois iustitie author: vt hoies a demonib⁹ ipugnentur. ¶P̄. Ad exercitiū hoim sufficit impugnatio carnis ⁊ mūdi. S3 deus pmittit electos suos ipugnari pp eoꝝ exercitiū. Ergo non vr̄ necessariū q̄ a demonib⁹ ipugnent.

Instantissime rogastis me charissime frater: vt vobis aliquem tractatum breuē facereꝫ in stilo facili, de presciētia ⁊ predestinatiōe diuina: per quē possetis aliquibus q̄stionibus ⁊ obiectionibus, q̄ de ipsis cōiter fiūt ab hominibus: respondere. Unde vestre instātie p posse satisfacere cupiens, aggressus suꝫ facere auxilio dei preuio qđ rogastis. ¶ Scire tamen debetis, ꝙ ab antiquis philosophis ⁊ etiam ab ecclesie doctoribus ⁊ magistris tam antiquis q̄ modernis, hec questio fuit multipliciter ⁊ subtiliter ventilata. Quorum ego profundissimas ⁊ perplexas rōnes euitās: leuiores aliquas ⁊ vestre capacitati accōmodas ꝑelegi: non tñ que penitus satisfacere possint in hac profundissima ⁊ insolubili questione. Nam ꝫm apostoluꝫ ad Ro.xj. incomprehensibilia sunt iudicia dei: ⁊ inuestigabiles vie eius: quis enim cognouit sensum dñi: aut quis consiliarius eius fuit ⁊c. ¶ Sunt autem hec que in hoc opusculo perstringunt. ¶ Primo, quid sit presciētia ⁊ ꝑdestinatio dei: ⁊ in quo a seinuicē differāt. ¶ Scđo, q̄d sit reprobatio dei: ⁊ q̄d ꝑdestinatiōis ⁊ reprobationis effect⁹. ¶ Tertio, vtrū ꝑsciētia dei sit cā rerū ꝑscitaꝝ: vel res cā ꝑscientie. ¶ Quarto, vtrū ꝑsciētia dei necessitatē euenīēdi, rebus imponat. ¶ Quinto, vtrū ꝑdestinatio certitudinē habeat. ¶ Sexto, vtrum ꝑdestinatis necessitatem imponat. ¶ Septimo, quare deus fecit hoīem, quē sciebat esse dānandū. ¶ Quomodo ista quatuor. s. scientia, ꝑsciētia, puidentia, ⁊ predestinatio se habeant in deo. Caplm̄.1.

Sciendū Est igitur, ꝙ ista q̄tuor: videlꝫ, sciētia, prescia, puidētia, ⁊ ꝑdestinatio diuersimode siue diuersis respectibus de deo dñr ⁊ hñt se p additionē vni⁹ ad alterū. ¶ Scia em̄ siue sapia de oibus est. s. de bonis ⁊ malis: de preteritis, pñtib⁹ ⁊ futuris: ⁊ nō tm̄ de tpalibus: sed ēt de eternis. Nō enim ita scit deus ista tpalia, vt seipsum nesciat: sed ipse solus seipsum pfecte nouit: cui⁹ scie cōparatione ois creature scia impfecta ē. ¶ Prescia vero addit super sciam q̄dā precognitionē: est em̄ de futuris tm̄: sed de oibus: de bonis. s. ⁊ de malis. ¶ Prouidentia vero includit in se ꝑsciētiā: ⁊ addit supra ipsam q̄dā ꝑparationē siue pmotionē in finē vltimū. Est em̄ de reb⁹ precognitis faciendis siue gubernandis: vñ ⁊ prouidus dr̄: q̄ bñ cōlectat de cōferētibus ad finē vltimū ꝯñdū: ⁊ de his q̄ ipm pñtipedire. Prouidētia ergo dr̄, q̄ reb⁹ prescitis ⁊ ordinatis tribuit ea q̄ ordinē cōseruent: ⁊ propellit oēm inordinationē. ¶ Predestinatio aūt in suo intellectu includit nō solū prescientiā: sed ēt puidentiā: ⁊ addit supra eā aliquid. s. quēdā spālem modū, tā ex pte ꝑdestinatorū: quā ex parte ipsius finis, q̄ ēt ex parte predestinātis. Cū em̄ puidētia dei sit oīm rerū, ⁊ spāli quodā modo rerū hñtiū voluntatē, predestinatio includit in se puidētiā ꝫm illum spālem modū quo est hominū ⁊ hñtiū volūtatem. Est em̄ ꝑdestinatio de hominib⁹ saluādis. ¶ Itē cū puidētia respiciat ordinē vniuscuiusq̄ boni ad quēlibet finē, ꝑdestinatio est tm̄ respectu eorū q̄ homo ex nālib⁹ suis cōsequi non potest, sed sunt eleuata supra facultatē humane nāe. Est em̄ respectu glorie: que est in perfecta dei fruitione: ⁊ respectu gratie promouentis in ipsam gloriaꝫ. Unde dicit Dama. ꝙ predestinatio est eorū que nō sunt in nobis. ¶ Item licet prouidentia sit promotio vel directio alicuius in finē: predestinatio tñ includit in se prouidentiā cū quadam speciali acceptatione et electione voluntatis. Quāuis em̄ ꝑdestinatio presupponat actū cognitionis: noiat tñ actum voluntatis eligētis, ad ea q̄ sola gratuita voluntate conferunt. Uñ dr̄ Ro.8. quos presciuit, predestinauit conformes fieri imaginis filij sui: ⁊ ephe. pmo, Predestinauit nos in adoptionē filiorū ꝫm volūtatis sue ppositū: sic igitur de essentia predestinationis est ꝑsciētia ⁊ voluntas aliquorum. ¶ Ex predictis itaq̄ manifestum est q̄d sit ꝑsciētia ⁊ ꝑdestinatio dei: ⁊ in quo a seinuicem differant. ¶ Est enim ꝑscientia dei, certissima precognitio omniū futurorū, tā bonorū q̄ malorū. Predestinatio vero ꝫm Aug. in lib. de predestinatione sanctorū: est gr̄e preparatio. i. diuina electio: qua elegit eos quos voluit ante mūdi constitutionem: vt ait apostolus Ephe.1. Uel ꝫm diffinitionē magistralem: predestinatio est preparatio gratie in pñti ⁊ glorie in futuro. Unde patet ꝙ predestinatio sine prescientia esse nō potest: sed sine predestinatione prescientia esse pōt: predestinatione quippe deus ea presciuit, q̄ fuerat ipse facturus: sed ꝑsciuit de⁹ etiā q̄ nō est ipse factur⁹. i. oia mala: predestinauit em̄ eos, quos elegit: reliquos aūt reprobauit. i. ad mortem eternā presciuit ✠.

Al's ✠ peruenturos ꝑsciuit.

¶ Quid sit reprobatio: ⁊ quid predestinationis ac reprobationis effectus. Cap.2.

Sicut aūt Predestinatio dei, ppue est ꝑsciētia ⁊ ꝑparatio bñficiorū dei. s. gr̄e in pñti, ⁊ gl'ie in futuro: ita reprobatio dei est presciētia malitie in q̄busdam nō finiende: ⁊ ꝑparatio pene non termināde: vt dicit Aug. in lib. de bono pseuerātie. Reprobatio. n. dei, qua ab eterno nō eligendo, quosdā reprobauit: ꝫm duo cōsiderat: quorū alterū ꝑscit ⁊ non ꝑparat. s. iniquitatē siue malitiā: vnde Aug. ad Prosperū ⁊ Hilariū: Hec q̄dē regula incōcusse tenenda est: peccatores in peccato ꝑscitos esse, nō preparatos: penā aūt esse preparataꝫ. Preparauit. n. deus malis (vt ait fulgentius) ignē eternum, illis vtiq̄ quos non preparauit ad faciēda pctā ✠. Preparauit. n. deus qđ diuina eq̄tas redderet nō qđ humana iniquitas admitteret. Non. n. sicut preparauit sanctos ad iustitiā psequendā: sic preparauit iniquos ad iniustitiaꝫ admittēdam: q2 prauitatis operator nunq̄ fuit. ¶ Predestinatio quantū est de se, non tantum importat scientiam: sed etiā volūtatē ⁊ potentiam. Sed qm̄ cālitas gratie ⁊ glorie attribuit ppue voluntati vt efficienti: scientie aūt vt dirigenti: potentie vero vt exequēti: ideo etsi ꝑdestinatio importat illa tria: tñ principalius est in gñe volūtatis: ⁊ ideo ab Aug. diffinit predestinatio p illa tria. Primo p id qđ respicit potentiā, in lib. de fide ad petrū: predestinatio est gratuite donationis ꝑparatio. Scđo per id qđ respicit scientiā: in lib. de bono pseuerantie: predestinatio est ꝑsciētia beneficioꝝ dei. Tertio per id qđ respicit voluntatē ⁊ ppꝛijssime, in lib. de predestinatione sanctoꝝ. Predestinatio est ppositum miserendi. Predestinationis auteꝫ effectus est appositio illius gratie: qua in pñti iustificamur, atq̄ ad recte viuendū ⁊ in bono perseuerandum adiuuamur: ⁊ qua in futuro beatificamur. Quē quidem effectū notificat ap̄ls Ro.3. Ut iustificati gratia ipsius, heredes simus, ꝫm spem, vite eterne. ¶ Et sicut predestinationis effectus est gratie appositio: ita reprobationis effectus est quodāmodo priuatio siue subtractio gratie. Que interdū in scriptura obduratio ⁊ excecatio dicitur. Unde apostolus ait Ro.9. Cuius vult miseretur: ⁊ quē vult indurat: misericordiā appellans predestinationē (vt ait Aug. ad Sixtū) ⁊ precipue predestinationis effectū. i. gratie appōnē. obdurationē vero gratie priuationeꝫ. Hinc etiā de excecatione dr̄. 2. cor. 4. ꝙ deus huius scl'i excecauit mentes infidelium: quod vna glosa de deo vero exponit. ¶ Sciēduꝫ tñ est: ꝙ q2 bonum subiacet puidentie dei vt causatum ⁊ ordinatū: ideo predestinatio est idē qđ cā gratie: ⁊ glorie ad quā gratia ordinat. Sꝫ q2 malū nō subiacet puidētie vt intētū vel causatuꝫ (cū ois defectus accidat preter intentionē) sed solū subiacet ei vt prescitū ⁊ ordinatū: sicut dictū est: ideo reprobatio est tm̄ ꝑsciētia culpe ⁊ nō cā: sed pene per quā culpa ordinat: est ꝑscientia ⁊ cā. Uñ Aug. dicit ad Sixtū, Nō obdurat deus immitēdo malitiaꝫ: sed nō ipertiēdo gratiā: sicut nec digni sunt. Quib⁹. n. nō imptit: nec digni sunt: nec merent. Idē ad Simplicianū dicit, Nō est intelligēdū: ꝙ deus ita induret q̄si quēq̄ peccare cogat: sꝫ tm̄ q̄busdā pctōribus miaꝫ iustificatiōis sue nō largit. Et ob hoc eos indurare dr̄: q2 nō eoꝝ miseret: nō q2 impellit vt peccent. Eorum autē nō miseret: q̄bus gr̄am non esse prebendam eq̄tate occultissima

Al's ✠ illis itaq̄ qs iuste preparauit ad luenda supplicia: nec tñ ꝑparauit ad faciēda pctā.

Universidad de Deusto Biblioteca

⁊ abhumanis sensib⁹ remotissima iudicat. Qui nõ apit: sȝ admirat̃ apl's dicẽs, O altitudo diuitiarũ sapie ⁊ scie dei ⁊c. Rom. xj.

¶ Utrum scia vel p̄scia dei sit causa rerũ prescitarũ. Cap. 3.

Consequẽter Cõsiderãdũ ẽ, vtrũ scia vel p̄scia dei sit causa rerũ p̄scitarũ: vel res future sint cã prescientie dei. Et vt melius veritas appareat, producant̃ in mediũ aliq̃ argumenta. ¶ Circa primã partẽ sic ꝓcedit̃. Uidet̃ q̃ p̄scientia dei sit cã rerũ p̄scitarũ. Nã omne id qđ antecedit aliud, ⁊ ipo posito ponit̃ ipsum: est cã illius: vt pȝ per diffõnẽ cãe: cã est ad cuius esse sequit̃ aliud. Sed diuina p̄scientia p̄cedit oẽ futurũ: ⁊ ea posita, ponunt̃ futura respectu ✠ quorũ est: ⁊ ea remota remouentur futura: q̃ nec futura fuissent nisi ea de⁹ p̄sciuisset: alias ignorantia poneretur in deo: quod est absurdũ. Ergo prescientia videtur esse causa prescitarũ reruȝ. ¶ Adhuc. Sicut voluntas dei est ipse deus, ita ⁊ scientia eius. Sed voluntas dei absolute est cã oĩum volitorũ: vnde dicit psal. Omnia quecunq; voluit dominus fecit. Ergo sciẽtia eius dȝ dici cã omniũ scitorum. ¶ Huic etiã sentẽtie Aug. attestari vr̃ in .15. lib. de tri. sic dicens, Uniuersas creaturas ⁊ spirituales ⁊ corporales: non q̃ sunt nouit eas deus: sed ideo sunt, quia nouit. Nõ enim nesciuit que fuerat creaturus: quia ergo sciuit creauit: non quia creauit sciuit.

Al's ✠ ratio.

In cõtrariũ Est, q̃ si p̄sciẽtia esset cã p̄sciti: cum de⁹ presciat omnia mala, esset causa omniũ malorum: ⁊ per ꝯñs esset actor omniũ malorum: quod falsum est.

Sciẽdũ Est ergo circa istam mãm, q̃ sciẽtia siue p̄sciẽtia dei potest ꝯsiderari dupl'r. Uno mõ ꝺm propriam rõnem. Et sic cũ p̄scientia nihil aliud dicat nisi precognitionẽ: non importat aliq̃ cãlitatem: alias oĩs sciẽtia vel prescia cã esset rerũ prescitarũ: qđ falsum est. Uidemus eñ q̃ prescia medici q̃ñ certitudinal'r nouit infirmum in breui moriturũ, non est cã mortis infirmi: prescia etiam speculatoris, qua videt hoĩem euntem per viã, in qua paratus est leo ad deuorandũ: non est cã perditionis illius. ⁊ hmõi. Alio mõ põt ꝯsiderari inquantũ est scia artificis opantis res p̄scitas. Et sic hȝ rõnem cause respectu rei opate per artem: vnde ꝺm modũ quo scientia artificis operãtis per artẽ suã, est cã artificiati: cõsideranda est cãlitas sciẽtie diuĩe. ¶ Est ergo iste ꝓgressus in ꝓductione artificiati. Primo scia artificis oñdit finẽ. Scđo voluntas eius intendit finẽ illũ oñsum. Tertio volũtas impat actũ, ꝑ quẽ educat̃ opus. Quarto sciẽtia dirigit illũ actũ. Quinto circa opus qđ per actum educitur, sciẽtia artificis ponit formã conceptã. ¶ Sic igit̃ sciẽtia artificis se hȝ vt ostendens finẽ: vt dirigens actũ: ⁊ vt informans opus opatum. Et ideo cõstat q̃ q̃cq̃d defect⁹ vel deuiatiõis a forma artis vel a fine accidit in effectu: nõ reducit̃ in sciam artificis sicut in cãm: etiã si defectus ille fuerit p̄scitus ab eo. Patet etiã q̃ principalitas cãlitatis ꝯsistit penes volũtatẽ: que impat actũ. ¶ Unde manifestũ est, q̃ scia vel presciẽtia dei cãlitatẽ nõ hȝ respectu mali: qđ est deuiatio a forma ⁊ a fine: sed tñ respectu bonorũ ꝺm qđ cõsequunt̃ formã diuine artis ⁊ finẽ. Non tñ ita q̃ respectu eoruȝ dicat pfectã rõnẽ cãlitatis, nisi ꝺm q̃ adiungit̃ volũtati. Et ideo dicit magister sententiarũ, q̃ sciẽtia beneplaciti est causa rerum.

Ad primũ Ergo dõm ẽ, q̃ aliq̃d põt aliud sequi dupl'r. Uno mõ per modũ ꝓductionis: ꝺm q̃ vnuȝ producit̃ ab alio. Et sic id ad cuius esse sequit̃ aliud: est vere cã eius in essendo. ¶ Alio mõ per modũ ꝯsecutiõis. Et sic id ad cuius esse sequit̃ aliud, nõ est cã in essendo: sȝ solũ in cõsequẽdo. Et omne tale dr̃ esse cã sine qua nõ. Et talis cã dr̃ eẽ sciẽtia vel p̄scia diuina: si tñ sciam ad simplicẽ notitiã referam⁹. Si ꝓo scientie sit adiuncta volũtas (q̃ dr̃ sciẽtia beneplaciti) tũc est cã oĩm q̃ facit deus. ¶ Ad ꝺȝ dõm, q̃ volũtas hȝ cõpletã rõnẽ cãe: inq̃ñtũ obm et⁹ ẽ finis ꝺm rõnẽ boni: q̃. s. finis ẽ cã cãrũ. Uñ ⁊ volũtas impiũ hȝ sup alias vires aĩe. Et iõ volũtas dei absolute dr̃ cã rerũ: sȝ de scia non est ita: sicut pȝ ꝑ p̄dicta. Lȝ eñ in deo sit vna res: tñ aliquid attribuit̃ vni qđ nõ attribuit̃ alteri: ⁊ iõ rõ ñ ꝓcedit. ¶ Ad tertiũ dõm, q̃ Aug. loquit̃ de scia bñplaciti, sicut pȝ. Agit eñ de bonis tñ. s. de creaturis, q̃s deus facit. Quas quidẽ nouit nõ solũ scientia simplicis notitie: sed etiam scientia beneplaciti.

Licet aũt scia vel p̄scientia dei aliquo mõ sit causa rerum scitarũ (vt dctñ est) nullo tñ mõ res p̄ñt esse cã sciẽtie vel p̄scientie dei. Non eñ deus accipit cognitionẽ a rebus: sicut nos accipimus: sed seipso intelligit ⁊ cognoscit. Quãuis igit̃ res nõ p̄scirent̃ nisi essent future: nõ tñ iõ p̄sciunt̃, q̃ future. Si eñ hoc esset: tunc tpale eẽt cã eterni: ⁊ creatũ cã increati: ⁊ ex creaturis pẽderet scia creatoris. Et iõ dicit Aug. i. 15. lib. de tri. Uniuersas autẽ creaturas ⁊ spũales ⁊ corpales, nõ q̃ sunt iõ nouit: sȝ iõ sunt, q̃ nouit. ¶ Cũ ergo dr̃ res nõ prescirent̃ nisi essent future: nõ notat̃ ibi causa nisi forte sine qua non: sed importat̃ solum ꝯñtia vnius ad alterum. 1. sent. dist. 38. ar. 5.

¶ Utrũ prescia dei nec̃itatẽ eueniẽdi, rebus imponat. Cap. 4.

Ex p̄dictis Colligi põt, q̃ p̄scientia dei necessitatẽ eueniẽdi rebus nõ imponit. Si eñ prescientia dei accipiat̃ ꝓ simplici notitia futurorũ: certũ est q̃ ipsa nõ est cã rerũ prescitarũ: vt ex iam dictis appet: ⁊ iõ licet presciat res futuras: nõ tñ eis necessitatẽ imponit. Uñ Aug. super Jo. De⁹ (inq̃t) futurorũ prescius: ꝑ ꝓphaȝ p̄dixit infidelitatẽ iudeorũ: sed nõ fecit. Nõ eñ iõ quẽq; ad peccãdũ cogit: q̃ futura hoĩm pctã p̄nouit. Illorũ eñ p̄sciuit pctã, nõ sua. ¶ Si aũt scia dei accipiat̃ pro notitia bñplaciti: sil'r necessitatẽ reb⁹ ꝯtingentibus nõ imponit. Oĩa eñ sic cognoscit eẽ futura sicut ventura sunt: ⁊ cũcta q̃ ꝯtingẽter eueniũt (vt illa q̃ sunt a libe. ar. ⁊ a casu, ⁊ a fortuna) sic p̄scit esse futura ꝯtingenter: sicut ẽt p̄scit modũ ꝯtingẽtie, ꝺm quẽ sunt. Uñ sicut erroneũ est dicere: q̃ hũani act⁹ ⁊ euentus p̄scie ⁊ ordinationi diuĩe nõ subsint: ita erroneũ est dicere, q̃ ex p̄scia vel ordinatione diuĩa hũanis actibus necessitas ingerat̃. Tolleret̃ eñ libertas arbitrij, legũ vtilitas, ꝯsiliandi opportunitas, solicitudo bene viuendi: ⁊ penarum premiorumq; iustitia.

Sȝ ꝯtra Hoc obijcit̃. Dictũ est. s. q̃ p̄scia bñplaciti ẽ cã rerũ. Sed oĩs cã nec̃ia, iducit nec̃io effectũ: posita eñ cã nec̃io ponit̃ effect⁹, nisi sit deficiens in minori parte: sicut est cã nãlis. Cũ ergo presciẽtia dei nõ sit deficiens. vr̃ q̃ id qđ prescitũ ẽ a deo, sit necessariũ. ¶ Ampli⁹. Omne qđ de⁹ p̄scit est verũ: q̃ scie dei falsum subesse nõ põt. Sed (vt dicit p̄hs in primo pi'her.) omne qđ ẽ q̃ñ est necesse est esse. Ergo si p̄scitũ est mõ verũ: necesse est nũc esse verũ. Sed futurũ est p̄scitũ. Ergo necessariũ est futurũ esse. Ergo de necessitate eueniet. ¶ p̄. Ponat̃ q̃ de⁹ p̄scit aliq̃d i ꝑtẽ affirmatiuã: vt socratẽ currere. Tũc sic. Aut est poẽ socratẽ nõ currere: aut nõ est poẽ. Si nõ est poẽ ipsum nõ currere: ergo ab eq̃pollẽti nec̃e ẽ ipsum currere: ⁊ sic hr̃ ꝓpositũ. Si aũt poẽ est ipsum non currere: ponat̃ ergo (poẽ eñ est ꝺm p̄hm quo posito nõ sequit̃ incõueniẽs) sed positũ erat, q̃ de⁹ presciret socratẽ currere: ergo prescit esse futuꝝ qđ nõ est futuꝝ: oĩs aũt talis sciẽtia falsa est: ergo scia vel p̄scia dei falsa erit: qđ ẽ impoẽ. Relinquit̃ ergo q̃ socratẽ nõ currere nõ sit poẽ: sȝ necessariũ. ¶ Itẽ. Si de⁹ p̄scit socratẽ currere: aut ẽ possibile al'r euenire: aut nõ est poẽ. Si non est poẽ al'r euenire: ergo necessariũ est sic euenire sicut p̄scitũ est: ⁊ sic hr̃ ꝓpoᵐ. Si aũt poẽ est al'r euenire q̃ȝ de⁹ p̄scit: ergo diuĩa prescia ẽ fallibilis ⁊ incerta: qđ ẽ falsum. ¶ Adhuc ꝺm p̄hm i lib. priorũ, ex maiori de necessario ⁊ minori de inesse, sequit̃ ꝯclo de nec̃io. Unde sic. Omne prescitũ a deo necesse ẽ eẽ verũ. Sȝ socratẽ currere ẽ p̄scitũ a deo. ergo necesse est esse veꝝ. Et sic idẽ qđ pri⁹. ¶ Itẽ. In oĩ vera ꝯdõnali si añs est nec̃ium absolute: ⁊ ꝯñs est necessariũ absolute: q̃ ad añs sp seq̃t̃ ꝯñs: ⁊ ad nec̃ium nunq̃ȝ seq̃t̃ nisi nec̃iuȝ: sicut ad verũ nunq̃ȝ seq̃t̃ flm: q̃ñuis ad flm aliq̃ñ sequat̃ verũ: vt ꝓbat̃ i p̄mo poꝝ. Sȝ in hac ꝯdõnali: nec̃e est socratẽ currere si est p̄scitũ a deo: añs est necessariũ absolute: tum q̃ omne p̄scitũ est necessariũ: tum q̃ omne eternũ ẽ nec̃iuȝ. Ergo socratẽ currere est nec̃iuȝ absolute.

In ꝯ̃riũ Est autoritas Aug. sumpta a simili i lib. de libero arbi. dicẽtis. Sicut tu memoria tua nõ cogis esse facta q̃ p̄terierũt: sic prescia non cogit fieri, que futura sunt. ¶ Itẽ põt oñdi per rõnes ducẽtes ad impoẽ. Si eñ prescia dei nec̃itatẽ rebus imponeret (sicut dcm̃ est) tolleret̃ libertas arbitrij, periret consiliandi opportunitas: frustra bonis premia ⁊ malis supplicia ponerent̃: iniuste boni p̄miarentur, ⁊ mali punirentur: laus ⁊ vituperiũ deperiret (q̃ vt dicit Hiero. Nemo peccat in eo quod vitare non põt) pctã nr̃a ad autorẽ bonorum omniũ referrentur: nec speculandi aliquid vel deprecandi ratio vlla esset.

Rñdeo Dicẽdũ, q̃ ꝓpter hmõi difficultates duplex fuit error circa istã mãm. Quidã eñ propter ordineȝ cause ad causã tũ, dixerunt q̃ cum prescientia dei sit cã rerũ ⁊ sit immutabilis: rebus necessitatem imponit: ⁊ ideo abstulerunt liberum arbitrium ⁊ peccatum. Et hec positio fuit heretica ⁊ iniqua: quia destruit bonos mores. ¶ Alij vero propter ordinem scientie ad scitum, dixerunt quod cum sciẽtia sit certa cognitio: ex ipsa ratione certitudinis requirit determinationem in re scita: sed in futuris contingentibus non est alterum determinate verum: et ideo de eis certa cognitio esse nõ potest, nisi quãdo sunt.

Cum aũt dei cognitio sit certissima ⁊ infallibilis, negauerũt deũ de futuris cõtingẽtibus p̄sciam hẽre: cogitantes intellectũ diuinũ ad modũ intell's nr̃i cognitionẽ accipere. Et hec sil'r positio heretica fuit ⁊ impia: q̃ derogat nobilitati diuine. ¶ Et ideo positio vera ⁊ catholica est (que deum honorat ⁊ bonos mores cõseruat) q̃ in deo est certissima p̄scia futuroꝝ oĩm: nec tñ reb⁹ cõtingentibus necessitatẽ imponit. Quõ aũt hoc esse valeat: sic pcipi põt. Manifestũ est, q̃ q̃ñ sunt multe cãe ordinate: effectus vltimus non sequit̃ cãm primã in necessitate vel ꝯtingentia: sȝ cãm proximã, q̃ virtus cãe p̄me recipit̃ in cã scđa ꝺm modũ cãe scđe: nã oẽ qđ recipit̃ in aliquo, est in eo ꝺm modũ recipientis: ⁊ non ꝺm modũ recepti. Effectus enim ille non ꝓcedit a cã prima, nisi ꝺm q̃ virtus cãe prime recipit̃ in cã scđa: vt pȝ in fructificatione arboris: cuius cã remota siue p̄ma est motus solis: ꝓxima vero est virtus gñatiua plãte. Fructificatio aũt impediri põt per impedimentũ virtutis gñatiue: q̃ñuis motus solis inuariabilis sit. Sil'r ẽt scia dei lȝ sit inuariabilis cã oĩm: effectus tñ ꝓducunt̃ ab ipsa per opationes cãrũ scđarũ. Et ideo mediãtibus causis secũdis necessarijs, ꝓducit effectus necessarios: ⁊ mediãtib⁹ causis scđis cõtingẽtibus ꝓducit effectus cõtingẽtes. ¶ Sed adhuc manet dubitatio maior de infallibilitate diuine p̄scientie, q̃ lȝ prima cã possit stabilis esse cum defectu cause scđe (sicut motus celi cum sterilitate arboris) scia tñ dei non põt stare cum defectu cause scđe: nõ eñ potest esse, q̃ deus sciat simul hunc hominẽ currere: ⁊ ipse deficiat a cursu. Et hoc est ꝓpter certitudinem sciẽtie ipsius. Ad hoc ergo q̃ sit certa scia, opȝ inuenire aliquaȝ certitudinem in re scita. ¶ Sciẽdũ est igit̃: q̃ anteq̃ res sit: non hȝ esse nisi in causis suis: sed cãe quedã sunt ex q̃bus necessario sequit̃ effectus: q̃ impediri nõ possunt. Et in istis causis hȝ effectus esse certũ ⁊ determinatũ: adeo, q̃ põt ibi fieri demõstratio, sicut est ortus solis, ⁊ eclipsis solis ⁊ lune, ⁊ hmõi. ¶ Quedam aũt sunt, ex q̃bus sequunt̃ effectus in maiori parte: sȝ tñ deficiũt in minori. Unde in istis causis effectus futuri nõ hñt certitudinẽ absolutam: sed q̃ȝdam inq̃ñtũ sunt magis determinate cãe ad vnum q̃ȝ ad aliud. Et ideo per istas cãs põt accipi scia cõiecturalis de futuris. Que tanto magis est certa, quãto sunt cãe magis determinate ad vnũ: sicut est cognitio medici de sanitate infirmi ac morte futura: ⁊ iudiciũ astrologi de vẽtis ⁊ pluuijs futuris. Quedã vero cãe sunt, que se hñt ad vtrũlibet. Et in istis causis effectus futuri nullã habẽt certitudinẽ vel determinationem. Et ideo contingẽtia ad vtrũlibet, in causis suis nullo modo cognosci possunt: sed q̃ñ iam efficiunt̃ in rerũ natura: tũc habẽt in seipsis esse determinatũ. Et ideo q̃ñ sunt in actu, certitudinaliter cognoscunt̃: vt patet in eo qui videt Socratẽ currere: q̃ tũc certam cognitionẽ habet de cursu ipsius: nam Socratẽ currere dũ currit, necessariũ est. Intellectus autẽ diuinus ab eterno intuet̃ vnũquodq; cõtingentiũ nõ solum ꝓut est in causis suis: sed ꝓut est in esse suo determinato: nisi eñ hoc esset: al'r cognosceret rem postq̃ȝ est, q̃ȝ anteq̃ȝ fieret: ⁊ sic ex euentibus rerũ aliq̃d accresceret cognitioĩ ei⁹. At vero cognitio dei nõ causat̃ a reb⁹ sicut nr̃a: sed potius ipsa est cã rerũ cognitarũ. ¶ Scia ergo dei cum sit vera ⁊ pfecta: eo mõ quo res future sunt, eas euenire cognoscit. Et iõ ab eterno vno intuitu vidit singula tpa: ⁊ cũctos hoĩm act⁹ ⁊ rem talẽ esse in hoc tpe: ⁊ sic hoc deficere. Patet igitur q̃ p̄scia dei pfecte ⁊ inuariabiliter cognoscit res futuras prout eueniũt: nec tamen rebus contingentibus necessitatem imponit.

Ad primũ Ergo dõm, q̃ effect⁹ non trahit necessitatẽ a cã p̄ma: sed solũ a cã proxima: vt dctm̃ est. ¶ Ad scđm dõm, q̃ dcm̃ p̄hi intelligit̃ de eo qđ aliq̃d in actu ponit circa ꝺbm: qđ postq̃ȝ positũ est, impoẽ est nõ esse positũ. Sȝ verum de futuro, nihil ponit circa sbm: q̃ non est verũ pro p̄ñti: sed solũ ꝓ futuro: ⁊ ideo nullã hȝ necessitatẽ. ¶ Ad tertiũ dõm, q̃ duplex est necessitas. s. absoluta ⁊ condõnata siue respectua. Necessitas absoluta, q̃ opponit̃ cõtingentie: dr̃ necessitas ꝯñtis: q̃ est ex causis necessarijs. Necessitas aũt ꝯdõnata est ex suppõne siue cõdõne: ⁊ dr̃ necessitas ꝯñtie. Et hec non opponit̃ contingentie: q̃ non est ex causis necessarijs absolute. Nã aliqđ cõtingẽs nec̃io sequit̃ facta suppõne: vt si ponat̃ q̃ sortes currit: nec̃io sequit̃ q̃ moueat̃. ¶ Dõm est ergo, q̃ act⁹ diuine cognitionis transit sup cõtingens (etiã si futurũ sit nobis) q̃ ei sp est p̄ñs: sicut trãsit visus nr̃ sup ipm cũ est p̄ñs. Et q̃ oẽ qđ est dũ ẽ, nec̃e ẽ esse: qđ tñ absolute nõ est nec̃ium: iõ in se ꝯsideratũ est ꝯtingens: sed relatũ ad dei cognitionẽ est nec̃ium: q̃ ad ipsam refert̃ ꝺm q̃ est in eẽ actuali: cũ eternitati oĩa sint p̄ñtia. Nõ eñ de⁹ videt tñ hãc rẽ respectu p̄cedẽtis tpis eẽ futurã, ⁊ respectu futuri eẽ p̄teritam: sed videt id tp̄s, in quo est p̄ñs: ⁊ rẽ eẽ p̄ñtẽ in hoc tpe. Ibi. ꝺ. ad p̄m. Uñ oĩno sil'e ẽ, si ego videã p̄ñtial'r socratẽ currere: qđ q̃dẽ in se ꝯtingẽs est: sed relatũ ad visum meũ est nec̃ium. ¶ Uñ ꝺm distõnem positã dõm est, q̃ p̄scitũ est nec̃ium nec̃itate ꝯñtie siue ꝯdõnata: ⁊ nõ nec̃itate ꝯñtis siue absoluta. ¶ Ad quartũ dõm, q̃ infallibilitas ⁊ certitudo prescie dei: ꝓuenit ex hoc q̃ rẽ videt sp vt p̄ñtẽ: sicut dcm̃ est. Nõ tñ ex h̄ q̃ res p̄dicta nec̃itatẽ absolutã acq̃rit: sed condõnatã solũ: vt iã patuit. ¶ Ad quintũ dõm: q̃ ista ꝓpõ, omne scitũ a deo nec̃e ẽ esse, est duplex. Põt eñ esse de dicto: ⁊ sic est cõposita ⁊ est ꝟa: q̃ hoc dcm̃ est nec̃ium. s. scitum a deo ẽ veꝝ. Uel põt esse de re: ⁊ sic est diuisa ⁊ falsa: hanc eñ rẽ que ponit̃ scita a deo, non est necesse fieri: q̃ contingenter fit. Et sil'r cõclusio duplex est. ¶ Huius aũt distõnis rõ est: q̃ põt istud sumi ꝺm cõditionẽ que subiacet diuine scie: ⁊ hoc est ꝺm q̃ hȝ esse determinatum in actu: ⁊ sic necessitatẽ hȝ. Uel põt ista res sumi sine vlla cõditione: ⁊ sic nõ est necessariũ: q̃ põt cõsiderari prout est in cãis suis antequã sit in actu: ⁊ ibi non hȝ nec̃itatẽ: nec ibi tñ est scita a deo futura esse: non eñ scit deus effectũ cõtingentẽ esse determinatũ in sua cã: q̃ esset falsa scia, cũ in cã sua nõ sit determinatus. Ibi. ꝺ. ad 5m. ¶ Ad sextũ dõȝ, q̃ ad hoc argm̃ q̃dã sic rñdẽt. ⁊ dñt q̃ hoc añs. s. esse p̄scitũ a deo: est nec̃ium: nec tñ ꝯñs est nec̃ium: q̃ illa regl'a intell'r tñ i illis ꝯdõnalib⁹ in q̃b⁹ añs est cã ꝯñtis. Sȝ q̃ rl'a illa nõ ꝓbat̃ a p̄ho ex rõe cãlitatis sȝ ex rõe ꝯñe (ꝺm q̃ȝ ex necessario sequit̃ nec̃ium: siue sit cã, siue effect⁹) iõ al'r põt dici, q̃ añs est necessariũ absolute tñ ista res nõ ponit̃ subiacere diuĩe scie, nisi dũ est in actu secundũq; determinationem ⁊ certitudinem habet: ipsam. n. necesse est esse dũ est. Ibi. ꝺ. ad 6m. circa finem. Et iõ sil'is nec̃itas ĩferẽda est in ꝯñte: vt. s. accipiat̃ ipm qđ est socratẽ currere ꝺm q̃ est in actu: ⁊ sic determinationẽ ⁊ necessitatẽ hȝ. Uñ pȝ q̃ si sumat̃ sortẽ currere ꝺm hoc q̃ ex añte seq̃tur: necessitatẽ hãbet: nõ. n. seq̃tur ex antecedẽte, nisi ꝺm q̃ substat diuine scientie: cui subijcitur ꝓut consideratur p̄ñtialiter in suo esse actuali: vnde sic etiam sumendum est consequens. Et hoc modo patet, q̃ consequens necessariuȝ est: necesse est enim socratem currere dum currit.

¶ Utrũ p̄destinatio habeat certitudinẽ. Cap. 5.

Post hec Etiã de predestinatione restat inuestigare. ¶ De q̃ hic ad p̄ñs preter ea que dicta sunt: duplex cõsideratio erit. Prima quidem, vtrum predestinatio certitudinem habeat. Secunda, vtrum necessitatem imponat. 1. di. 40. q. 3. art. vnico.

Ad primũ Ergo sic ꝓcedit̃. Ur̃ q̃ predestinatio certitudinẽ nõ habeat. Dicit̃ eñ Apoc. 3. Tene qđ hẽs: ne alius accipiat coronã tuã. Aut hoc intell'r de corona p̄ñtis iustitie, aut de corona gl'ie. Sȝ nõ de corona p̄ñtis iustitie: q̃ gratia quã q̃s hȝ, eo peccãte destruit: nec de sbo in sbm mutat̃. Ergo intell'r de corona gl'ie. Sȝ gl'ia nõ ẽ alic⁹ i statu vite, nisi ꝺm q̃ est ei p̄destinata. Ergo vr̃ q̃ vnus possit accipere qđ alij p̄destinatũ est: ⁊ sic p̄destinatio certa nõ erit. ¶ Preterea. Greg. in mora. dicit, q̃ alijs cadentibus in eoꝝ locũ alij succedunt. Sȝ locus glorie nõ põt dici eoꝝ, nisi q̃ est eis p̄destinat⁹. q̃ idẽ qđ prius. ¶ Itẽ in ps. dicitur. Deleant̃ de libro vite: ⁊ cũ iustis nõ scribant̃. Sȝ non põt deleri de libro nisi qđ ibi scriptũ est. Cũ ergo p̄destinatio sit liber vite: vr̃ q̃ aliq̃s a predestinatione possit deficere: ⁊ ita certitudinẽ nõ hẽbit. ¶ Amplius. Eoꝝ q̃ nõ sunt determinata, nec in se nec in cãis suis: nõ põt esse certitudo. Sȝ mot⁹ liberi arbi. (qđ est cã ad vtrũlȝ) nõ sunt determiati nec in se nec in cãis suis añq̃ȝ sint. Cũ igit̃ effect⁹ p̄destinatiõis expleat̃ motib⁹ liberi ar. q̃ sunt opa meritoria: seqtur q̃ predestinatio nullã certitudinẽ habeat.

In ꝯ̃riũ Est auctas Au. in li. de correptione ⁊ gr̃a dicẽtis certus est numer⁹ electoꝝ: q̃ nõ p̄t minui nec augeri. cap. 13. ¶ ꝑ. 2. Timo. 2. dr̃, Nouit de⁹ q̃ sunt eius. Cũ ergo diuina cognitio sit certa ⁊ infallibilis (vt supra dcm̃ est) ⁊ predestinatio in sui ratione prescientiam includat: predestinatio certa erit.

Rñdeo Dõm, q̃ cũ diuĩa cognitio pfecta sit, certa ẽ ⁊ infallibil. Et iõ ñ solũ nũer⁹ p̄destinatoꝝ dr̃ certissim⁹ est (lȝ icert⁹ sit nobis) sȝ ẽt nũer⁹ reproboꝝ. ¶ Sciẽdũ tñ est, qđ ꝺm statũ p̄ñtis iustitie, q̃dã hñtes grãȝ ꝑdũt eã: dũ in pctã labuntur: ⁊ eis cadẽtib⁹, i eoꝝ locũ alij admittunt̃: dũ opa ipsoꝝ i charitate facta, q̃ sibi ⁊ alijs ꝓderãt (ꝺȝ qđ charitas oĩa merita scđꝝ cõia facit) ipsis peccãtibus, eis ꝓdesse desinũt ad eterne vite meritũ: eoꝝ autem fructus in illis manet q̃ in gratia pseuerant. Ibi. ꝺ. ad p̄mũ ⁊ scđm. Nõ tñ ita qđ eadẽ gratia numero q̃ in vno erat: ipso peccãte, in aliuȝ trãsmutetur. Unde ꝺm statũ p̄ñtis iustitie, nũq̃ȝ ecclesia destituit̃ existentibus in gratia: q̃ q̃buidã peccãtibus, in gratiã alij a dño

aduocant. Et totũ est certissimũ apud deũ. vñ apoc.3. sup illo verbo, tene qd hẽs ꝛc. dicit gl. Cũ sit deo cert⁹ numerus suorũ siqs labat, ali⁹ mĩa in locũ ei⁹ subinducit: sic ꝑ supbiã Judeorũ gentilitas subitrauit. ¶ Et ꝑ hoc pꝫ rñsio ad pmũ ꝛ scõꝫ argumẽtũ.

vbi.s. ad 3m. **Ad tertiũ** Dõm, ꝙ predestinatio dicit liber vite ẽm ꝙ in eo dicitur aliquid scribi non solũ quantũ ad psentẽ iustitiã: sed etiã quãtũ ad futurã gloriã. ꝛ sic nullo mõ pôt dici aliqs deleri de libro vite. Sꝫ illud qd ẽ ibi scriptũ quantum ad pñtẽ iustitiã tñ: dr deleri. nõ mutatione facta ex pte libri vt in eo aliqd fuerit qd postmodũ nõ sit. sꝫ ex pte illi⁹ q̃ in eo scripr⁹ erat: inquãtũ. s. ipse mutat a statu pñtis iustitie. ¶ Ad quar-
vbi.s. ad.4. tũ dõm ꝙ contingẽs futurũ (vt motus liberi arbi.) q̃uis non sit determinatũ in cã sua: est tñ determinatũ in esse suo ẽm ꝙ est in actu. Et sic subiacet certitudini prescientie sicut supra dictũ est de futuris contingentibus in precedenti capitulo.

¶ Utrũ predestinatio necessitatem imponat. Cap.6.

Deinde Inuestigãdũ ẽ, vtrũ pdestinatio necitatẽ iponat. Et vr ꝙ sic. Quã docũqꝫ eñ aliq cã est tãte ꝟtutis ad ꝓducẽdũ effectũ ꝙ impediri nõ pôt necitatẽ ꝛ coactionẽ inducit. Sed pdestinatio (q̃ est cã salutis hoĩꝫ) volũtatẽ dei noiat: q̃ impediri nõ pôt. vñ dr hester. 13. nõ ẽ q̃ tue possit rsistere volũtati. Ergo pdestinatio necessitatẽ imponit. ¶ Cui rei vr attestari apl's ro. 9. dicẽs, Cui⁹ vult miseret: ꝛ quẽ vult indurat. Et ps. Oĩa q̃cũqꝫ voluit dñs fecit. ¶ P. Nulla volũtas ligata vel impedita ad eliciendũ ꝓpriũ actũ, est libera sed coacta. Sꝫ volũtas hũana ꝑ pdestinationẽ ligat ꝛ impedit ad eliciẽdũ actũ ꝓpriũ qd est velle: vt vr dicere apl's ad ro. 9. dũ dicit. Non est volentis nec currentis sed miserẽtis dei. Interli. nõ est volẽtis. s. velle: ꝛ currentis. s. currere. i. operari. Ergo volũtas humana ꝑ pdestinationẽ cogitur. Et sic idem qd prius. ¶ Hoc idẽ ꝯfirmat per id qd dr phil. 2. deus est q̃ opat in nobis ꝛ velle ꝛ perficere pro bona voluntate. s. sua. vt dicit interli. Ergo talis erit vnusqsqꝫ qualem vult de⁹: cum nihil possit nisi quod deus vult. ¶ Ad idem ostendendum valet id quod dicitur Jo. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum.

1.d.40. q.4.ã.2 **Alterius** Uidetur ꝙ deus sit cã reprobationis ꝛ excecationis, sicut est cã pdestinationis: ꝛ eodeꝫ mõ reprobatis necitatẽ imponat. ¶ Primo per id qd dicit apl's, 2. cor. 4. Deus hui⁹ seculi excecauit mẽtes infideliũ. ꝛ vna gl. exponit hoc de deo vero. Ergo ipse est cã excecationis. ¶ Ad idẽ est quod dicit ro. 9. Cui⁹ vult miseret: ꝛ quẽ vult indurat. ¶ Amplius. Scõm phm in posterioribus si affirmatio est cã affirmationis: ꝛ negatio est cã negationis. Sed velle diuinũ est cã ꝙ iste habeat grãm: q. s. ipse deus vult. Ergo vr ꝙ non velle dei, sit cã quare iste grãm nõ habeat. Sed hoc est obduratio. Ergo ex pte dei accipienda est cã obdurationis. ¶ P. Sicut dicit phs in. 2. phy. id qd per sui pñtiam est cã salutis nauis. s. gubernator per sui absentiam est causa periculi. Sed deus per sui presentiam in anima est cã gratie. Ergo per sui absentiam est cã obduratiõis.

Sꝫ cõtra. Nullus iuste culpatur vel laudatur: punitur vel remuneratur de eo quod ipsi necessitatẽ ꝛ coactionem ingerit, et cuius causa in ipso non est. Sed homo iuste laudatur vel culpatur, punitur vel remuneratur de his que ab eius voluntate procedunt. Ergo predestinatio voluntati hominis necessitatẽ non ingerit: ꝛ obdurationis causa non existit.

1.di.40 q.3.ar.1 cor.post mem. **Rñdeo** Dõm ad pmã qõnẽ, ꝙ lꝫ pdestinatio certitudinẽ hẽat non tñ illa certitudo necessitatẽ saluãdis imponit. sicut eñ supra dcm̃ est in pmo ca. pdestinatio in suo intellectu includit psciam volũtatẽ ꝛ ꝓuidentiã. Prouidẽtia autẽ q̃uis sit oĩm (vt dcm̃ est) nõ tñ oĩa necio eueniũt: sed ẽm ꝯditionem proximarũ cãrũ quarũ nãs ꝛ ꝯdinẽ ꝓuidentia nõ destruit, sed cõseruat. ¶ Prescẽtia etiã nõ imponit necitatẽ reb⁹: nec inquantũ est cã: cũ sit cã pma cui⁹ cõditionẽ effect⁹ nõ sequuntur:
1.q.19. ar.7.ad scõm. sed cãe ꝓxime. Nec inq̃ꝫtũ certitudinẽ ꝛ determinationẽ hꝫ: q̃ illa certitudo diuine pscie attendit non ẽm ꝙ res est in suis causis (in q̃bus est vt poẽe futurũ tñ) sed ẽm ꝙ hꝫ esse determinatũ in
Et.1.ꝯ. c.86. rõne.1. actu: prout est pñs: ꝛ non futura: vt. s. expositũ est, cap. 4. ¶ Uoluntas etiã cũ sit cã vl'is ꝛ prima oĩum rerũ, non excludit oẽs ꝓximas cãs rerũ. Nec hoc est ex insufficientia volũtatis: sed ex or-
Et li.3. 2.7.ad cap. dine sapĩe ipsius: que effect⁹ mediãtib⁹ alijs cãis ꝓuenire disposuit: vt sic etiam cãndi dignitas creature cõicaret. Uñ diuine voluntatis efficacia exigit, vt non solum sit qd deus vult: sed etiam vt hoc modo sit sicut deus vult illud esse. Et ita pꝫ ꝙ certitudo predestinationis nullam necessitatem saluandis imponit.

Ad pmũ Ergo dõm, ꝙ q̃uis dei volũtas sit immutabilis ꝛ inuincibilis: nõ tñ sequit ꝙ omnis effectus eius sit necessarius necitate absoluta (quã hꝫ res a cã sua proxima) sed solũ necitate ꝯditionata: sicut etiã de pscia dcm̃ est. 1.di.47 q.1.arti. 1.ad.2.
¶ Ad autoritatẽ aũt apl'i q̃ dicit. Cuius vult miseret ꝛc. dõꝫ est, ꝙ apl's intendit ꝙ deus non predestinat aliquem vel infundit ei grãm coactus: quasi ex necessitate nãe vel iustitie vel ex meritis precedentibus alicuius: sed ex mera liberalitate voluntatis sue. Et ꝙ ita debeat intelligi, pꝫ per lrãm precedentẽ de iacob ꝛ esau: de quib⁹ ibi dicit. Cum eñ nondũ nati essent, aut aliqd boni egissent aut mali vt ẽm electionem propositũ dei maneret: nõ ex opibus sed ex vocatione dictũ est ei, q̃ maior seruiet minori. ¶ Autoritas etiã psalmiste nõ cogit dicere ꝙ volũtas dei necitatẽ imponat sed ꝙ semp infallibil'r impleat. ¶ Sciendũ tñ est, ꝙ deus dr velle aliqd dupl'r. Uno mõ ꝓprie. ꝛ sic dicit velle aliqd cui⁹ voluntas vere in eo est ꝛ qd sibi cõplacet. Et hic dr voluntas bñplaciti: q̃ semper in oĩb⁹ infallibil'r adimplet. Et de hac loquit psal. ꝛ isa. 46. oĩs volũtas mea fiet. Alio mõ dr velle aliqd metaphorice i. ꝑ similitudinẽ eo ꝙ ad modũ volentis se hꝫ inquãtũ pcipit vel consulit, prohibet vel pmittit aliqd. Et hec dr volũtas signi, que non semp implet. De qua dicit apl's. 1. ad timo. 2. q̃ vult oẽs homines saluos fieri. Cũ tñ oẽs salui nõ fiant: sed multi dãnentur. 1.di.48 art.viii. cor.post pnm. De hac etiam dr math. 23. Quoties volui ꝯgregare filios tuos, quemadmodũ gallina congregat pullos suos sub alas suas: et noluisti. ¶ Ad aliud dõm, ꝙ voluntas humana per predestinationẽ non ligatur nec impedit ad eliciẽdũ ꝓpriũ actũ sed iuuat. Ideo aũt dicit apl's, ꝙ non est volentis velle, nec currentis currere sed miserẽtis dei: q̃ nemo potest ꝑ conatũ ꝓprie voluntatis cõsequi grãm vel per nãlia ꝓpria opus gratuitũ elicere sine diuino auxilio. Unde ipse Christus dicit Jo. 3. sine me nihil potestis facere. ¶ Cuius rõ est: q̃ licet volũtas hoĩs libera sit: tamẽ hãc libertatẽ non hꝫ nisi a deo: qui est causa efficiens huiusmodi libertatis. Et sicut dicitur in libro de causis: oĩs causa primaria plus est influens super suum causatũ q̃ꝫ causa secũda: q̃ virtus ꝛ esse cause scõe totũ ẽ a cã pma. ꝛ sic act⁹ ꝛ opatio cause scõe reducitur in causam primã, cuius virtute opatur. Et per hunc modum dicit apl's, ꝙ deus operatur in nobis velle ꝛ pficere. ¶ Ad id vero, quod dicit. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum. Dicendum ꝙ hõ trahitur tripl'r: aliqñ enim trahit violentia: sicut susanna trahebatur ad mortẽ: vt dicit danie. 13. et eleazarus trahebatur ad supplicium, vt dr. 2. Machab. 6. Et de hac tractione dicitur prouer. 24. qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. ¶ Aliqñ vero trahitur homo amore vel delectationibus allectus, vel beneficijs prouocat⁹: sicut trahit puer ouo vel pomo sibi ostenso. vnde dicit trahit sua quẽqꝫ voluptas. De hac tractione dicitur osee. xj. In funiculis adam trahã eos, in vinculis charitatis. Et canti. 1. Trahe me ꝛc. ꝛ Jo. 12. si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. ¶ Aliquando autem trahitur timore supplicij territus: sicut trahunt qui timẽt supplicia. De hac tractione dicit Ja. 2. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos: ꝛ ipsi trahunt vos ad iudicia. Tractio ergo ista, de qua loquitur Christus: vt ostendit glo. non est violentie, nec necessitatis, nec inuiti: sed voluntatis ꝛ desiderij.

Ad scõam Questionẽ dõm, ꝙ reprobatio in suo intellectu tria includit. s. eternam psciam meritorũ temporalẽ obdurationem siue excecationem, ꝛ finalem dãnationem. Primũ scꝫ pscia meritorũ cãm non hꝫ: cum eñ deus non accipiat cognitionẽ a reb⁹, sicut nos accipimus: sꝫ ex seipso res intelligat ꝛ cognoscat: nullo modo res future pñt dici cã pscie dei, sicut supra in fine te[rtij] capituli dcm̃ est. ¶ Itẽꝫ cũ pscia ẽm propriã rõnẽ non aliud dicat nisi simplicem notitiam futurorũ: nõ importat aliquã cãm: ꝛ ideo futurorũ ꝛ pcipue malorũ cã esse non pôt: sicut supra. 3. cap'o dictũ est. Et ẽm hoc reprobatio ẽ tñ pscia culpe: sed non cã. ¶ Scõm aũt ꝛ tertiũ. s. tpalis obduratio ꝛ finalis dãnatio, duplicẽ cãm hñt: vnã ex parte hoĩs per modũ meriti: aliã ex pte dei ꝑ modum iustitie: culpe merito penaã adhibentis. Obduratio eñ q̃nqꝫ dr actus volũtatis obstinate in malo: cui pertinaciter adheret. Et si cõstat ꝙ obduratiõis causa nõ est deus (sed homo) sicut nec alterius act⁹ peccati inq̃ꝫtũ deformis est. Aliqñ aũt obduratio dr ipsa priuatio grẽ: q̃ ẽt excecatio dr, q̃ grã est quoddã lumẽ diuine, ꝛ perfectio quedam habilitãs ipsam ad bonum. ¶ Aliquem aũt carere gratia, ex duob⁹ cõtingit: tum q̃ ipse non vult recipere: tum q̃ deus non ei infundit: vel non vult infundere. Horum autẽ duorum talis est ordo: vt scõm non sit nisi ex suppositiõe pmi. Cum eñ deus nihil velit nisi bonũ: non vult aliquẽ grã priuare nisi ẽm ꝙ bonum est: sed qd aliquis careat grã, nõ est bonũ simpl'r. vnde hoc absolute cõsideratũ non est volitum a deo. Est tñ bonũ vt careat grã si eã habere nõ vult: vel si negligẽter ad eã habẽdã se pparat: q̃ iustũ est: ꝛ hoc modo est volitũ a deo. Patet ergo ꝙ hmõi defect⁹, absolute cã pma est ex parte hoĩs q̃ gratia caret: sed ex parte dei non est cã huius defect⁹ nisi ex suppõne illi⁹ qd est cã ex pte hoĩs. ¶ Et ꝑ hũc modũ q̃nqꝫ inuenit deus dici cã excecationis vel obdurationis: non quidẽ immittẽdo malitiã: sed nõ impertiẽdo gratiã, sicut nec digni sunt: vt dicit Aug. Si eñ nõ necessario impertit, in ipso est impertiri ꝛ non impertiri: vnde eius qd est non impertiri, aliquo modo causa est. Obduratio igit ex parte hoĩs habet rationẽ culpe: sed ex parte dei habet rationẽ iustitie. Similiter finalis damnatio habet duplicẽm causam. s. ex parte hominis, cõmissionem culpe: ꝛ ex parte dei, illationem pene.

Et per hoc Patet rñsio ad primas duas autoritates, ꝙ deus excecat mẽtes infideliũ: nõ impertiẽdo malitiã: sꝫ iuste subtrahẽdo grãm. Similiter obdurat quẽ vult: q̃ nõ cogit cuiqꝫ indigno conferre grãm. ¶ Nec est ꝯ volũtatẽ dei, sed ẽm voluntatem ipsius: ꝙ aliquis pro merito malitie sue obduretur: inquantum obduratio dicit penaꝫ iusto iudicio culpe obstinationis illatã. ¶ Ad tertiũ dõm, ꝙ effectus nõ sequitur nisi cõcurrẽtibus oĩbus causis: sed ex defectu vni⁹ cause tñ, cõsequit negatio effect⁹. Dico igit ꝙ causa grẽ sicut agẽs, est ipse deus: ꝛ sicut recipiẽs, ipsa aĩa ꝑ modũ subiecti ꝛ mãe. Et ideo q̃ forme inducte nõ est cã mã neqꝫ subiectũ: nisi sit tale subiectũ ex cui⁹ pncipijs fluit accidẽs (quale accidens non est grã) ideo nõ dr simpl'r aĩa cã grẽ: sed recipiẽs tñ: deus autẽ est cã: dr tñ aĩa cã malitie. Nec opꝫ ꝙ oĩs defectus incidat ex pte agẽtis: sed pôt incidere ex parte recipiẽtis. Et ita est in ꝓposito: ipa eñ aĩa est causa obdurationis, inquantum obduratio culpam dicit. ¶ Ad quartũ dõm, ꝙ de⁹ quantũ est in se nulli est absens: sꝫ homo a deo psente se absentat: sicut se absentat a psenti lumine qui claudit oculos. Et ideo nõ est simile qd pro simili ponitur.

¶ Quare de⁹ creet hoiem, quẽ pscit esse dãnãdũ. Cap.7.

Ultimo Considerandũ est, quare deus facit hominem quẽ pscit esse dãnandum. Sunt enim quidam vesani: qui deo in hoc iniquitatis maculam imponere non verentur: dicẽtes eũ iniquũ ꝛ impiũ, qui opus suũ facit ad intolerabiles ꝛ interminabiles cruciatus. ¶ Rationes igitur adducende sunt ad tantã vesaniam refrenandã, ꝛ dei iustitiam demonstrandaꝫ. Et primo ostendendum est, ꝙ voluntas dei facientis hominem quẽ pscit esse dãnandũ, non est iniqua. Deinde ponende sunt rationes ꝓbabiles, quare deus facit hoiem quẽ pscit esse dãnandũ. Sciendũ est itaqꝫ, ꝙ ratio quare deus hoc facit est sua voluntas: q̃ cã est oĩm q̃ ab eo fiũt. vñ dicit Aug. in. 3. lib. de trini. Non nisi dei voluntas causa pma est sanitatis egritudinis: pmiorum atqꝫ penarũ: grãrum ꝛ retributionũ. Hec igitur sola est, vnde ortum est quicqd est. ¶ Uolũtas aũt eius iniusta vel iniq̃ esse non pôt. Ex duobus eñ cõtingit volũtatem alicui⁹ a rectitudine deuiare: aut valet ex ignorantia aut ex affectione puersa. Que quidem duo in deo esse non pñt. ¶ Cũ eñ sit summe sapiẽs ignorãtia in eum non cadit. vñ dicit Job. 12. Apud eum est sapiẽtia et fortitudo: ꝛ ipse hꝫ cõsiliũ ꝛ intelligẽtiã. Et ideo clamat apl's ro. xj. O altitudo diuitiarũ sapie ꝛ scie dei ꝛc. Hinc ẽt iob. 9. dr, Sapiens corde ꝛ fortis robore. ¶ Itẽ cũ omnis artifex natural'r diligat opus suũ: impossibile est opificẽ oĩum odire aliquã creaturam. ꝛ ideo affectio inordinata in eo esse nõ pôt. Uñ dr sap. xj. Diligis oĩa que sunt: ꝛ nihil odisti eorũ q̃ fecisti: nec eñ odiens aliquid cõstituisti aut fecisti. ¶ Ex his ergo apparet dei voluntatẽ creatricẽ oĩm iustissimã fore nec maculã aliqꝫ iniqtatis hre. Et hoc est qd dr deut. 32. Deus fidelis, ꝛ absqꝫ vlla iniqtate iustus ꝛ rectus. Itẽ abachuc. 1. Mundi sunt oculi tui: ne videas malũ: ꝛ respicere ad iniqtatẽ nõ poteris. Et ideo dicit psal. Just. dñs, ꝛ iustitias dilexit quantũ ad ordinatissimã affectionẽ equitatẽ vidit vultus eius, quantũ ad pfectissimã cognitionẽ. ¶ Licet autẽ deus sit rectissimus. ꝛ nihil odiat eoruꝫ que fecit: dr tñ odire aliqua metaphorice: nõ inquãtũ ab ipso procedũt: sed inquantum egrediunt a regula rectitudinis sue. Illud enim qd non esse volumus, odire dicimur: vñ cũ mala fiũt cõtra regulã rectitudinis eius (quia sunt priuatio modi, speciei ꝛ ordinis: vt dicit Aug.) ea vult non esse: ꝛ ideo malos odio hre dicit. vnde sapien. 14. odio sunt deo impius ꝛ impietas eius. Dicitur etiam odire illos quorum punitionẽ vult. Sic eñ ad modũ odientis se hꝫ. Et ideo dicit psal. Odisti oẽs q̃ operant iniqtatẽ pdes oẽs qui loquuntur mendaciũ. ¶ Quia ꝟo diuina volũtas est cã rerũ oĩm: ipsa cãm habere nõ pôt. Uolũtati eñ cã volẽdi est finis. finis aũt diuine volũtatis est sua bonitas: ipsa eñ bonitas, deo est cã volendi. Et ideo dicit Aug. in lib. 83. qõnũ, ꝙ volũtatis ei⁹ cã querẽda non est: nã vt idem dicit in lib. cõtra manicheos. Qui dicit, q̃re deus voluit facere celũ ꝛ terrã: maius aliqd querit q̃ꝫ sit volũtas dei: nihil autẽ maius inueniri pôt. ¶ Quãuis aũt diuina voluntas cãm non hẽat aliqd creatũ. Nihilominus tñ pôt ei aliq̃ volendi rõ assignari: vel bonitas ipsius vel aliqd qd ad bonitatis, vel sapiẽtie ipsi⁹ pulchritudinẽ ordinet. Si eñ nulla posset diuine bonitatis rõ assignari: cogeremur in quorũdã errorẽ declinare dicentiũ oĩa ꝓcedere a deo ẽm simplicem volũtatem: vt de nullo oporteat reddere rõnẽ: q̃re ✠ deus vult. Qd diuine scripture manifeste cõtrariat. que deũ perhibet ẽm ordinẽ sue sapiẽtie oĩa fecisse: ẽm illud psal. Omnia in sapia fecisti ꝛc. Et ecc. 1. dr, ꝙ deus effudit sapiaꝫ suã sup omnia opa sua. Aug. etiã in lib. xj. sup gen. ad lit. dicit, Mouent quidã dicẽtes, cur creauit deus quos futuros malos presciebat? Et rñdens dicit, quia preuidit quid boni de malis eorum esset facturus: sic eñ eos fecit vt eis relinqueret vnde ꝛ ipsi aliquid facerẽt: quo quicquid etiam culpabiliter eligerent, illum de se laudabiliter operantem inuenirent. als ✠ ni si quia.

Compescamus Igit humanam temeritatẽ que deo iniquitatis maculam imponere nõ veretur: ꝛ approbantes diuinã iustitiam assignemus aliquas rationes: q̃re deus creat hoiem, quẽ pscit esse dãnandum. ¶ Sit igitur prima rõ talis ex parte diuine liberalitatis. Meli⁹ est esse aliqd cũ aliquo defectu, q̃ꝫ non esse simpl'r. Cum autẽ in peccatore dãnãdo duo sint: vꝫ natura que bona est ꝛ culpa que mala est: nõ debuit deus ꝓpter culpã subtrahere naturã: al's liberalitatẽ suã subtrahere videretur. Sicut videmus ꝙ bonus artifex arcam facit quã etiã prescit aliquã maculã cõtracturam. Et hec ratio pôt colligi ex illo verbo apo. 2. tim. 2. Si non credim⁹, ille fidelis permanet: negare seipsuꝫ nõ potest. ¶ Si aũt obijciatur, ꝙ artifex si sciret arcã in breui cõburendã: eaꝫ nõ faceret. Rñdẽdum est, ꝙ si artifex sciret etiã in ipsa cõbustione suã sapiẽtiaꝫ relucere, ꝛ arcam in igne non deficere: non propter hoc se subtraheret a factione ipsius. Unde cum deus sciat etiam in dãnatis suam iustitiã ꝛ suam sapientiam relucere (dum culpam per supplicium punit) conueniens est, vt propter hoc non se subtrahat. ¶ Scõa ratio sumit ex pte diuine ꝓuidẽtie. Bonũ enim totius est melius q̃ꝫ bonũ particulare. Nã bonũ particulare ordinatur ad bonum vniuersale: sicut imperfectũ ad pfectũ. Ad ordinatam ergo prouidentiam pertinet potius ꝓmouere ꝛ conseruare bonũ vniuersale q̃ꝫ bonũ particulare: ꝛ aliquãdo ꝓpter bonũ vniuersale, particulare negligere: imo aliqñ contra particulare propter vl'e facere. Sicut ad cõseruationem reipu. principes ꝛ rectores suspẽdũt latrones ꝛ interficiunt homicidas. ¶ Cũ igitur nã humana ꝑ generationẽ ꝓpaget ꝛ cõseruet: si deus hoiem dãnandũ ꝓpagari vel nasci non sineret vel aiam nõ infunderet: ordinẽ generationis humane destrueret. Et sic bono vniuersali pticulare preponeret: ꝛ rectitudo sue ꝓuidentie casaretur: qd penitus est absurdũ. Cõgruũ est igit, vt ꝑ gñalius bonũ fiat homo etiã dãnãdus: deo aliquid melius ꝓuidẽte: vt dicit apl's ad hebreos. xj. ¶ Tertia rõ sumitur ex parte diuine ꝓuidẽtie ꝛ reuerẽtie simul. Nã q̃ꝫto magis rector auget rẽp. ꝛ ipsos reip. conseruatores gloriosius promouet, ꝛ potioribus bonis remunerat, etiam cum supplicijs aliquorũ deprimendo. s. ꝛ cruciando eorũ aduersarios et reipu. destructores: tanto laudabilior redditur. Cũ igitur gloriã beatorũ augeat cõsideratio tormentorũ hostiũ suorũ que ipsi dei beneficio euaserũt: cõgruum fuit vt deus etiã homines cõderet quos sciebat esse dãnãdos. Beatis enim accrescit gloria de pditione malorũ: tum q̃ gaudẽt de vindicta eorũ: iuxta illud p. Letebitur iustus cũ viderit vindictã. Tũ q̃ ipsi eorũ supplicia euaserunt. ꝛ propter hoc in gratiarũ actiones ꝛ laudẽ ꝛ reuerentiam exuberant creatoris. 2. macha. 1. De magnis periculis a deo liberati magnifice gratias agimus ipsi. vnde dicit p. Letetur mõs syon, ꝛ exultẽt filie iude, ꝓpter iudicia tua dñe. Et ideo dicit Au. super geñ. Frustra dicitur, nõ dꝫ deus creare quos psciebat malos futuros: sciebat enim eos bonis profuturos: ꝛ iuste pro mala voluntate puniẽdos. ¶ Hanc rõnẽ innuit apl's ro. 9. dicens, Uolẽs deus ostẽdere irã ꝛ notã facere potẽtiã suã sustinuit in multa patiẽtia vasa ire, apta i interitum: vt ostẽderet diuitias glorie sue in vasa misericordie q̃ pparauit i gloriã. ¶ Si aũt obijcat, ꝙ nul

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝓpter qḋ nūq̄ intellectui oblata apparet augmētatio virtutis ex extēsiuo cremento effectus. Quicquid em̄ sit de virtute actiua per se p̄mo quātitatis, siue ꝑmanētis, siue successiue discernēdū est intellectus acumine (vt dcm̄ est) inter entia quoꝝ ꝓpria ꝑfectio consistit in intēsione, ꝛ quorum ꝓpria perfectio cōsistit in extensione: qm̄ in illis extendi est extra limites rōnū formaliū suarū. ꝛ ꝓpterea non cōcludit maiorē perfectionem virtutū actiuarū illoꝝ entiū. In istis autē extendi est infra rationes formales eoꝝ, ꝛ est ipsum eoꝝ intēdi: ꝛ iō idem exigit ꝛ cōcludit in virtute eoꝝ actiua per se p̄mo qḋ in illis infert intendi: si iuenit virtus ꝑ se p̄mo actiua quātitatis. ¶ Unde nō obstat ꝓposito, si q̄s dicat nō dari in rerū natura hm̄oi virtutē quātificatiuā motus: nobis em̄ sat est veritas ꝯditionalis, que ꝑmanet etiā antecedēte ꝛ ꝯsequēte īpossibili. Sil'r puerile est si q̄s putet dcm̄ ꝓcessum iō non tenere in effectib⁹ quātitatis extēsiue sed intensiue: q: in extenso id qḋ additur lꝫ perfectio q̄dā sit, non includit in se min⁹ extensum, ꝛ aliq̄d vltra: intēsius aūt includit in se remissum, ꝛ aliq̄d vltra ꝑfectionis addit: ꝛ iō hoc reqrit maiorē virtutē: illud vero equalē. Puerile inquā dixi: q: sic se hꝫ maius ꝑm extensionē ad minus (puta spatiū duarum horarū ad spatiū vnius aut bicubitū ad cubitū) sicut maius intensiue ad min⁹: puta calor vt quatuor ad calorē vt duo. Utrobiꝗ siquidē maius claudit min⁹, ꝛ aliq̄d perfectionis ꝓprie rōnis formalis addit. Cōstat autem ex dictis, ꝙ in p̄dicto ꝓcessu nulla est ratio exigens aut supponēs aliā similitudinē ꝓportionum inter intensum ꝛ extēsum nisi maioris ad minus. Argumētū em̄ semp est hoc modo. Potēs per se prīo i aliquātum est aliquāte virtutis. ergo potēs in maius, est maioris. ergo in infinitū est infinite. ¶ Nihilominus diligēter aduertenti apparebit, ꝙ queadmodū in extenso pars addita priori nō includit priorē: ꝛ ideo seorsum nō infert maiorem ꝟtutē: ita in intenso gradus (verbi gr̄a) additus nō includit priores, nec est maioris ꝑfectionis gradus quartus albedinis q̄ sit primus: nec ex perfectiōe maiore quarti gradus seorsum infertur maior vis calefactiua: sꝫ ex eo ꝙ totū calidum (puta habens quatuor gradus caloris, est ꝑfectius q̄ calidū vt duo) queadmodum etiā arguitur ex eo ꝙ totū extensum est ꝑfectius. ¶ Friuolum quoꝗ oīno est, si quis admittat p̄dictū ꝓcessum tenere quo ad effect⁹ quantos quantitate ꝑmanente: non aūt successiua. Oporteret. n. abradere pricipia tradita in 6° ꝛ 7° ꝛ. 8. phy. de virtutib⁹ motiuis ꝛ eaꝝ proportione: cū motus ꝛ tempus, de q̄bus ibi est sermo successiua entia sint. Stat ergo veritas prime cōditionalis. ¶ Secūda aūt cōditionalis est ista. Si a. mouet tēpore infinito vnum motū continuū ꝛc. a. est mouens īmobile. ꝛ accipimus mouet ꝓprie, vt distinguitur cōtra mutare. Et rursus accipim⁹ mouet vt motor: nō vt instrumentum motoris. primum ꝓpter illuminationē. secūdum ꝓpter corpus celeste trahens secū ignem: quē nihil minus traheret, si idem ignis nūero perpetuo cōseruaretur scḋm totum ꝛ partes: et etiā ꝓpter primū orbem trahētem secum alios: vt multis placuit quāuis non sufficienter. Probat ista consequētia. 8. phy. tex. 85. ex proposito: ꝛ. 12. meta. tex. 43. ex hoc ꝙ motor motus non semper eodē modo se hꝫ aut in se aut in ordine ad mobile: id autē a quo semper prouenit idem: eodē modo se hr̄e necesse est vtroꝗ modo: vt ꝑꝫ. ergo. ¶ Ex his aūt duabus ꝯditionalibus verificatis anteq̄ veniamus ad tertiam, iā patere potest distinctio supius premissa cum suis mēbris in speciali. Liquet enim iā, ꝙ perpetuitas motus duab⁹ attestatur causis. s. infinitati virtutis per se p̄mo causantis ipsam: aut immobilitati motoris: ꝛ cōsequenter ꝙ diuersimode ab illis dependet, ꝛ illas infert: qm̄ infinitatē non infert nisi in virtute per se primo (seu ex proprie latitudinis perfectione) illā causante. Immobilitatem vero ꝟtutis infert in omni virtute causante ipsam. Et merito, q: immobilitas est extra latitudinē perfectiōis virtutis tam motiue q̄ quantificatiue motus. Infinitas autē rationis formalis cuiusꝗ, infra ipsi⁹ latitudinē clauditur. Gradualitas enim alicuius speciei (puta caloris) etiā si in infinitū crescat: caloris naturā non exit. Immobilitas vero conditio est extra totā latitudinē caloris. Siue enim intelligat calor vt quatuor, siue vt mille: siue vt infinitus: nunq̄ peruenietur ad hoc, ꝙ sit imobilis infra limites caloris stādo. Et qḋ de calore exēplificauimus: de ceteris ꝟtutib⁹ actiuis, formal'r sumptis: siue ꝑm rem sint in materia siue nō. intelligi volum⁹. Oportet enim phm formaliter loqui. Uñ distinctio iā probata in terminis specialibus reperi potest sic. Perpetuitas motus dupliciter pōt imaginari ꝙ fiat. Uno mō a virtute ꝑ se prīo ipsaꝫ causante: ꝛ sic opꝫ, ꝙ fiat a virtute infinita intensiue: vt ꝑꝫ ex p̄ma cōditionali. Alio mō a virtute nō ꝑ se p̄mo ipsam causante: sed ꝑ se primo cāte talē motum, ꝛ scḋario cāte ei⁹ perpetuitatē vt illius ꝯditionē. Et sic opꝫ ꝙ fiat a virtute motiua imobili: q̄ ex ꝑfectione sue ꝟtutis causet talē motū: puta saturni: ꝛ ex immobilitate eiusdē semper ꝑseueret idē faciens. Ut sic conditio virtutis sit cā ꝯditionis effect⁹: sicut in primo mō propria ꝑfectio ipsi⁹ virtutis est cā ꝓprie perfectiōis effect⁹: ꝛ propter hoc Ari. 8. phy. in tex. 78. infinitatē tpis motus ascripsit infinitati ꝟtutis: vt in tex. 85. ascripsit imobilitati motoris: vt iaceret fundamenta, ꝛ ad primū motorē, ꝛ alias intelligētias inuestigandum: vt ibidem diuus Tho. notauit. Ex primo. n. primū motorem. 8. phy. tex. vlt. ꝛ. 12. meta. tex. 41. ꝯclusit. Ex scḋo vero numeꝝ intelligentiaꝝ. tex. 43. ꝛ. 44. Nō. n. ibi inuestigat numerus infiniti motoris (vt q̄dā rudes ꝛ ceci dicunt) sed numerus motoris inalterabilis ꝛ immobilis: vt patet ex fine tex. 41. ꝛ ex ipso text. 43. vbi semp est sermo de imobilitate motoris tēpore eterno ꝛc. ¶ Tertia igit cōditionalis: cui⁹ an̄s supponit Ari. cū suis sequacibus est ista. Si celū mouetur tpe infinito: p̄mū mouens ipm est infinite virtutis intēsiue. Et aduerte difformitatē inter hanc ꝯn̄am ꝛ priores. In prioribus. n. inferebat. a. mouet ꝛc. ergo. a. est infinite virtutis: vt in prima: vel ergo a. est virtutis immobilis: vt in secunda. In hac vero nō inferimus, ergo mouēs celū: nec ergo q̄libet motor celestis: sed ergo primum mouēs est virtutis infinite intēsiue. Probat ista sic. Celū mouet tpe perpetuo, ergo ab aliqua virtute ꝑ se primo ꝛ directe potēte in sempiternitatē motus: talis est infinita intensiue: vt ꝑꝫ ex veritate prime ꝯditionalis ꝓbate: ergo inuenit aliqua virtus infinita intēsiue. Aut igit ista virt⁹ est in quolibet motore celesti, aut in p̄mo tm̄. Non in quolibet: tum q: nō opꝫ: tum q: neuter ab altero dependeret in sempiterne mouere: fatuum enim est ponere infinitū vt sic dependere: tū q: aliq̄d conueniret plurib⁹ p̄mo. s. mouere sempiterne: qḋ est īpossibile: vt monstratur p̄mo posterioꝝ: ergo est in prīo motore tm̄. Totus ꝓcessus clarus est ꝛ infirmus: si p̄ma ꝯn̄a ꝓbabit. Cuius vis cōsistit in ista cathegorica: sempiternitas mot⁹ causat ab aliqua virtute, per se p̄mo intēdente ꝛ potēte in ipsam. Hac igit propositione ꝓbata: nihil remanebit huius rationis ꝓbandum. ¶ Probat ergo p̄mo, ꝙ hoc sit possibile: deinde ꝙ sit de facto. Primum ꝓbat: q: si esset incōueniens aut impoſe, sempiternitatē motus causari ab aliq̄ virtute actiua per se p̄mo, hoc non esset, nisi vel q: duratio motus, cui⁹ spēs est sempiternitas: nō est res separabilis a motu: sꝫ simul est ꝛ non est, et fit ꝛ non fit cum motu: ac ꝑ hoc sufficienter fit a quolibet mouēte, sicut et mot⁹, vel q: duratio mot⁹ passio motus est: eo ꝙ tp̄s vt dicitur in. 4. phy. tex. 130. ꝛ. 12. met. tex. 29. aut est idē motui aut eius passio. Passioni autē non debetur aliud agens q̄ ꝓductiuum subiecti: vt ꝑꝫ inductiue. Uel q: vt superi⁹ tactum est, duratio motus nō est nisi cōditio eius: conditionibus autem reꝝ non debetur ꝓpria virtus actiua: sed sat est cōditiōes actiui sequi. Preter. n. hec tria nō apparet rō, quare impossibile, aut inconueniens sit sempiternitatē vendicare sibi virtutem per se prīo eius actiuā: sed nihil hoꝝ impedit. Inseparabilitas siq̄dem duaꝝ rōnum formalium, etsi concludat, ꝙ ꝓducens vnam in reꝝ natura ꝓducat alteram: nō tn̄ cōcludit, ꝙ a quocūꝗ producitur ꝑ se p̄mo vna, ab eodē ꝓducatur per se prīo ꝛ altera. Quāuis. n. esse ens sit inseparabile ab esse tale vel tale ens: et per hoc habeat ꝙ causans tale ens causet etiā ens: non tn̄ sequit: ergo si est cā per se talis entis inquātū tale: ergo ꝛ inquātum ens: vñ Aristo. in. 6. meta. in p̄ncipio venat pricipia ꝛ causas entiū inquantū entia. Durationem aūt passionē esse mot⁹, etsi verū sit quo ad aliq̄d, puta q: sub rōne tpis diffinit per motum: ꝛ iseparabiliter concomitat ipsum tanq̄ posterius suum prius: non tn̄ est verum simpl'r: q: cōstat ꝙ vere ꝛ simpl'r passio alicuius, sic ꝓducitur cōsecutiue ad ꝓductionē subiecti: vt a virtute ꝑ se primo ꝓductiua subiecti, secluso quocūꝗ extrinseco, sufficiēter emanet. Duratio aūt siue sempiternitas mot⁹ nō emanat a ꝟtute motiua: vt sit rōne ipsius virtutis: sꝫ consequitur cōditionem extrinsecam ipsi⁹ virtutis. s. durationē eius: vt patet inductiue. Nō est igitur passio ꝓprie loquendo: sed poti⁹ cōditio inseparabilis. Nec ex hoc ꝙ talis conditio pōt poni in esse ex cōditione virtutis motiue, concludi pōt: ergo superflue q̄ritur alia causa: qm̄ non queritur causa ad hoc vt fiat absolute: sed ad hoc vt per se prīo fiat. Non em̄ superflue queritur a

Universidad de Deusto Biblioteca

quo per se primo fiat animal quãuis sciamꝰ ipsum fieri a generante hominẽ ⁊ bouem. ¶ Nec incõueniẽs aliquod sequitur: si tam nobilis cõditionis motus qualis est sempiternitas specialis causa queraẗ ⁊ nõ sat sit credere, ꝙ fiat vt cõditio pcise: nihil eñ cõtra principia naturalia, aut metaphysicalia, aut quecũqꝫ alia apparet sequi: imo inuestigatio hec cõsequẽs est ꝓcessibꝰ Aristo. in. 6. et. 7. ⁊ 8. phy. vbi causas motus optauit ẜm diuersas ꝓportiones ad eius durationem. Nõ est igitur impossibile aut incõueniẽs sempiternitatẽ motꝰ talem esse effectã ꝙ possit ꝓduci ab aliqua ꝟtute per se primo. ¶ Qd aũt hoc sit de facto ꝓbatur primo: quia vt diciẗ scđo phy. tex. 26. ⁊ 8. tex. 39. semper ponẽdum est id qđ est aut causat per se ante id quod est aut causat per aliud. Cõstat autem qđ causans sempiternitatem motꝰ: quia immobile, causat eam per accidens, seu per aliud a ꝟtute sua actiua. ergo debet precedi ab eo qđ ex ꝓpria ꝑfectione sue ꝟtutis actiue sempiternitatẽ facit. hoc enim tãtũ est quod per se prĩo illã causare potest. ¶ Scđo. Quia sempiternitas motꝰ celestis est effectus dignissimus: vt eius effectus ostendit, scꝫ perpetuitas omniũ generabiliũ ⁊ corruptibiliũ ad quam tota sphera actiuorum ⁊ passiuorum, ⁊ singula in ea cõtẽta ẜm vires conantur ⁊ ꝑ ea agunt, quicquid agunt: vt Auer. dicit secũdo celi. cõmẽ. 17. ⁊ Albertus magnus ibidem confirmat. Irrationabile est autem effectum adeo nobilem in rerum natura absqꝫ per se primo causa actiua fateri. ¶ Et confirmatur. Quia cum in motu celesti sint due cõditiones: scꝫ sempiternitas ⁊ determinata velocitas, que in sui rõne claudit tempus: vt pꝫ in quarto phy. tex. 96. ⁊ sempiternitas eius sit nobilior determinata velocitate (vt ex effectibus, ⁊ de se pꝫ. ⁊. 12. met. cõ. 41. habeẗ: vbi certa velocitas finitati ꝟtutis, sempiternitas vero infinitati attribuitur motoris absqꝫ potẽtia omnino. secũdo quoqꝫ celi tex. 17. dicitur, ꝙ sempiternitas est ꝓprium diuinitatis opus. ⁊ Platonicis cõfirmãtibus, ibidẽ a sancto Tho. cognouimus entia tãtum sempiternitatis quãtum diuinitatis sapere.) ⁊ determinata velocitas absqꝫ dubio habeat causam per se primo ipsaꝫ causantẽ apud oẽs philosophos: que demẽtia esset sempiternitatẽ celestis motus causa ꝑ se primo priuare? Relinquiẗ igitur ratio tota, ⁊ stabilis, ⁊ efficax: cum etiam fugiendi via cõcessa nõ sit. ¶ Duobus enim modis poterat quis tãtum laborem fine priuare. Vel dicẽdo ꝙ sempiternitas motꝰ nõ hꝫ causam ꝑ se primo actiuam: qđ esse nefas ostẽsum est. Vel dicẽdo qđ hꝫ qdẽ: sed illa est ꝟtus finita, immobilis. Et hoc ostẽsum est esse ignorantiam ꝓprie vocis: quia nulla ꝟtus ꝑ se primo actiua alicuiꝰ, est actiua illius ex aliquo extra eius ꝓpriam rationem formalem: alioquin esset actiua illius circũscripto omni alio, ⁊ nõ circũscripto omni alio: qđ implicat. Impassibilitas autem ⁊ vniuersaliter immobilitas (vt de se patet, ⁊ superius declaratũ est) extra latitudinem est cuiusqꝫ rationis formalis ꝟtutis actiue formaliter sumpte: vnde dicere ꝙ virtus. a. sit ꝑ se primo actiua sempiternitatis: ⁊ dicere, ꝙ ideo est actiua sempiternitatis: quia est immobilis ⁊ sempꝫ manet eodẽ mõ, est ignorare ꝓpriã vocẽ. ¶ His ergo premissis ad motũ dubiũ cõtra ꝓcessum Aristo. redeũdo, dicimꝰ: ꝙ qꝛ sempiternitas motꝰ exigit in ꝑ se primo motore seu in eiꝰ ꝓpria potẽtia actiua infinitatẽ intẽsiuã: ⁊ hoc nõ hꝫ ex eo qđ poniẗ in motu infinito ex pte mobilis: nec ex eo, qđ poniẗ in motu infinito ex pte spatij infinities iterati: sed inqꝫtum est ẜm se effectꝰ quidã: cui accidit qđ hoc vel illo mõ saluetur: ideo ex ꝓpria rõne sempiternitatis motꝰ siue salueẗ i motu infinito ꝑ se, siue infinito ꝑ accidens: cõcludi optime põt absqꝫ equiuocatione infinitas intẽsiua primi motoris potẽtis ꝑ se primo in sempiternitatẽ. Vñ attẽta sempiternitate motꝰ formaliẗ, ⁊ relata ad ꝟtutẽ actiuã ꝑ se primo illã respiciẽtem: qꝫuis eque bene ꝯcludaẗ infinitas ĩtẽsiua illiꝰ ꝟtutis, siue hoc siue illo mõ ponaẗ. Aristoteles tñ a notioribꝰ doctrinã subtilissimã tradẽs, deduxit in tex. 78. ex sempiternitate motus posita in motu infinito ex pte mobilis. infinitatẽ intẽsiuam potẽtie: ⁊ in tex. vltimo ex eadẽ sempiternitate motus posita in motu infinito ex parte spatij, conclusit infinitatẽ primi motoris. Insinuans nihil obstare rõni sumpte ex sempiternitate formaliẗ accepta, in quouis motu saluari ponatur. ¶ Propter qđ in tex. 78. nõ posuit mobile infinitum: sed tẽpus tãtum: vt doceret ꝙ nõ concludebat ibi infinitatem potẽtie ex infinitate mobilis: sed ex ꝓpria rõne infinitatis tẽporis: ⁊ in tex. vlt. ẜm vtrãqꝫ trãslationem non sat fuit Arist. subsumere, qđ primum mouẽs mouet motum perpetuũ, aut tpe infinito: sꝫ subsumpsit vtrũqꝫ simul: vt ostẽderet, qđ nõ arguit absolute ex hoc qđ mouet ꝑpetuo (cũ hoc sit cõe oibus motoribus celi) sed ex eo, qđ sic mouet tpe ꝑpetuo: vt ipsam infinitatem tẽporis per se primo causet. alioquin nugatio cõmissa esset in illa minore: quam nefas est Aristoteli imponere.

¶ Formaliter ergo dubium soluendo dicimus, qđ medium ad ꝓbandam illam minorem. s. primus motor est ꝟtutis infinite, est hoc: mouẽs per se primo tẽpore infinito: ita qđ maior ꝓsyllogismi sumpta ex tex. 78. est ista: mouens per se primo tempore infinito, est ꝟtutis infinite. Minor ꝟo subsumpta in tex. vlt. est ista: primus motor mouet per se primo tpe infinito: ergo primꝰ motor est virtutis infinite: vbi nulla equiuocatio interuenit. Et maioris ꝓbatio ex infinitate temporis saluati in motu infinito ex parte mobilis, nõ obstat, sed magis attestaẗ ꝓcessui, quia ꝓportio virtutis ꝑ se primo respiciẽtis durationem motus, ad finitatem ⁊ infinitatem temporis: absolute declarata ⁊ conclusa est ibi in materia clarius eam representante. s. in motu infinito per se: vt ex notioribus fieret doctrina. ¶ Differt aũt deductio hec a subtilissima deductione: quam diuus Tho. 8. phy. docuit in duobus. Primo in medio termino. Cum enim mediũ Arist. sit mouens tempore infinito: ille apposuit ly ꝑ se supra ly infinito, nos ꝟo supra ly mouẽs. Secũdo in minore: qꝛ apud nos, minor est vera de facto quo ad operationẽ primi motoris: apud illum ꝟo minor est vera quo ad virtutem primi motoris. Non enim de facto primus motor mouet tpe infinito per se: sed opꝫ eum esse tãte ꝟtutis, ꝙ quãtum est ex parte ꝟtutis sue posset mouere tẽpore infinito ꝑ se: quia cause ꝑ se opꝫ rñdere effectũ per se. Primus aũt motor est causa ꝑ se infinitatis motus: ergo siue sit possibile tempus infinitum ꝑ se inueniri, siue nõ: opꝫ primũ motorẽ tãte ꝟtutis esse, si est ꝑ se causa infinitatis motꝰ.

¶ Conueniunt tamen he deductiones ⁊ in conclusione (quia vtrobiqꝫ cõcludiẗ infinitas intẽsiua primi motoris) ⁊ in radice: quia vterqꝫ ꝓcessus ponit primum motorem esse per se causam durationis infinite ipsius motꝰ. Sed ille ꝓcessit ex eo qđ cause per se oportet esse tantam ꝟtutem vt possit in effectum per se: qđ fundatur super scđo phy. tex. 36. Iste vero ex eo, qđ causam per se primo alicuiꝰ, oportet ꝓportionaliter augeri ẜm augmẽtum ꝓprium effectus sui: cuius fundamẽta supius dicta sunt.

¶ Et vt multis philosophãtibus cõplaceamus: qui volũt potius cum Auer. errare qꝫ cum alijs verũ sequi: ostẽdẽdum supest hoc idem Auerroim docuisse. ¶ In. 12. siquidem meta. cõ. 41. postqꝫ cõclusit iuxta demonstrationẽ. 8. phy. ꝙ ꝟtus infinita requisita ad mouẽdũ tpe infinito corpꝰ celeste: nõ est in magnitudine: quia moueret in nõ tpe: mouet statim dubiũ cõiter tactum a doctoribus. 8. phy. s. cur si ponitur ꝟtus infinita in magnitudine: sequiẗ motus in nõ tpe: ⁊ si ponaẗ extra magnitudinem, nõ sequiẗ motꝰ in nõ tpe: q̃ est rõ difformitatis? Et statim rñdet, ꝙ hoc ideo est: qꝛ motꝰ celi fit a duobus motoribꝰ: quorꝫ alter est finite motionis, ⁊ est anima celi: ⁊ alter infinite, ⁊ est potentia oĩno sine materia: ⁊ ꝙ motus celi a motore finito habet, ꝙ sit in nõ tẽpore: ⁊ a motore infinito, qđ sit tempore perpetuo. ¶ Ubi a plano sensu lr̃e nõ diuertẽdo, manifeste pꝫ: qđ ipse est opinatꝰ primũ motorẽ esse infinite ꝟtutis intẽsiue. ⁊ ꝓpter istã infinitatẽ causare ꝑ se primo sempiternitatẽ motꝰ celi: ⁊ in hoc differre a ceteris intelligẽtijs: que cũ sint immobiles, possunt ꝟtute ꝓpria causare ꝑpetuitatẽ mõtus: ꝑ accidẽs tamen, vt ex dictis pꝫ. Et qꝛ pdicta ꝟba Auer. alijs locis eiusdẽ ꝯtradicere videnẗ (vt adduximꝰ arguẽdo ad oppositũ) ideo a diuersis diuersimode exposita, vel potiꝰ extorta sunt: prout quilibet voluit nõ se auerroistam, sed auerroim suũ facere: vñ opꝫ expositiões eorꝫ afferre: vt firmeẗ veritas. ¶ Quidã igiẗ dixerũt, ꝙ Auerrois intẽdit, ꝙ sit finitus intẽsiue primus motor: infinitus autẽ in duratione: nõ tãtum formaliter, sicut alij motores: sed etiam causaliter: qꝛ sempiternitas motꝰ ascribiẗ fini ipsius motꝰ, q̃ est purus actus omnino: et per hoc differt a ceteris motoribus. ¶ Et hi diuisi sunt in duas vias. Nã quidã eorꝫ dicũt ꝙ illa distinctio motoris in finitũ ⁊ ifinitũ, est distõ realis. Quidã ꝟo ꝙ est distõ rõnis, in pm motorẽ ẜm ꝙ est finis ⁊ ipm̃met ẜm qđ est agẽs: ⁊ ẜm qđ agẽs mouet i tpe: qꝛ est vigoris finiti ĩtẽsiue: scđꝫ ꝟo ꝙ finis ꝑpetuat motũ: ⁊ iõ dr̃ infinitꝰ i duratiõe causaliter. Alij ꝟo dixerũt, ꝙ primus motor nõ est ꝟtutis finite nec infinite intẽsiue, qꝛ nõ est ꝟtutis actiue: sed diciẗ infinitus causaliter, causalitate finali: vt dictũ est. Alij aũt dixerũt, ꝙ illa ꝟba Auerrois examinãda ⁊ glosanda sunt ẜm determinatiões factas in de substãtia orbis ⁊c. vbi magis ex ꝓposito tractauit rẽ hãc: vbi manifeste negauit infinitatẽ intẽsiuã. ¶ Sꝫ ꝙ oẽs hmõi respõsiones errẽt, manifestaẗ. Et p̃ ꝙ loquaẗ de ifinitate intẽsiua ꝓbatur p̃mo sic. Qñcũqꝫ fit aliqua distinctio per opposita hñtia plures signões: ⁊ alterum oppositorꝫ declaraẗ ab ipso distinguente quoad quid nois, ẜm quã intentionẽ sumitur: reliquũ debet sumi ẜm oppositã intẽtionẽ. Patet ista: alioquin periret ois certitudo diuisionũ ⁊ syllogismi diuisiui ⁊c. sed auer. diuisit motorem celi in motorẽ finite motionis. ⁊ infinite motiõis: ⁊ descripsit alterũ membrũ. s. motorẽ finite motionis, per finitatem intẽsiue (vt pꝫ, qꝛ ibi expresse subdit. Dicere finitatẽ, est dicere ꝓportionẽ motoris ad motam rẽ. ergo reliquum membrũ scꝫ motor infinite motionis est describẽdũ ẜm intẽtionẽ oppositam. s. ꝙ dicere infinitatẽ, est dicere improportionem: ⁊ sic erit motor infinitus intẽsiue. ¶ Scđo sic. Termini qõnis ⁊ rñsionis ẜm artem demõstratiuã non differunt: sicut nec qõ differt a conclusiõe in terminis: sed in modo. Cõstat autem ꝙ motor infinitus de quo est sermo ĩ qõne, est infinitus intẽsiue: qm̃ est ille, de quo diciẗ in. 8. phy. tex. 79. qđ mouet in nõ tpe. ergo finitas ⁊ ifinitas. de qua ẽ sermo in rñsione, est etiã intensiua.

¶ Tertio sic. Quelibet rñsio a sapiente data dꝫ sumi in sensu in quo qõni mote respõdet. sed ista non respondet qõni mote, nisi intelligaẗ de infinitate intẽsiua: ergo ⁊c. Declaraẗ minor: qõ est. cur ꝟtus ifinita requisita ad mouẽdũ tpe ifinito: posita in magnitudine infert motũ in nõ tpe: ⁊ posita extra magnitudinem nõ. Huic aũt quesito nõ satisfit dicendo, ꝙ hoc iõ est, qꝛ ibi sunt duo motores separati ⁊ ãbo finiti: sed alter actiue ⁊ alter vt finis: ⁊ ex motore vt finis est sempiternitas: ex motore vero vt agens est ꝙ motus sit in tẽpore. Hoc eñ siue verum, siue falsum sit. est impertinẽs quesito: ⁊ solicitudo superflua. Tota enim qõ est quare a virtute separata nõ sequitur motus in non tpe, sicut a virtute posita in magnitudine. Et constat ꝙ est sermo de virtute actiua. Hec aũt qõ vt ⁊ nouitij possint percipere (sicut ⁊ quelibet alia) supponit aliquid certũ. s. infinitatẽ virtutis siue in magnitudine, siue extra. Et q̃rit dubiũ, quare si illa infinita virtus poniẗ i magnitudine mouet in non tpe: et extra magnitudinẽ non. ¶ Queraẗ ergo ab istis p̃mo. Qualis ẽ illa infinitas virtutis que supponiẗ intẽsiua, an durationis? si intẽsiua, habeẗ intentũ: si durationis: qõ ⁊ nulla ⁊ ridiculosa est. Nulla quidẽ: qꝛ a virtute actiua infinita i duratiõe posita i magnitudine, nõ sequiẗ motus in non tpe: vt pꝫ de virtute alteratiua solis: a qua res aliqua alteratur, ⁊ tñ in tpe. Nec põt dici ꝙ illud est verũ tm̃ de ꝟtute motiua vnico motu locali tm̃. qm̃ expresse ari. in. 8. phy. tex. 79. vñ hoc sumptum est: dicit hoc verificari in oĩbus virtutibus motiuis quocũqꝫ motu. Ridiculosa aũt: qꝛ puerile est querere, quare a virtute finita in vigore. infinita aũt duratiõe separata a materia, ꝓuenit motꝰ in tempore: ⁊ non in non tpe. Quis eñ est adeo rudis, vt ignoret finitatẽ ⁊ infinitatẽ intensiuã virtutis sequi velocitatẽ certam vel incertã motus: ⁊ non finitatẽ ⁊ ifinitatẽ durationis? ¶ Ultimũ igitur refugiũ horum est: ꝙ questio illa neutrã infinitatẽ determinate supponit: sꝫ infinitatem in cõi: qm̃ ex motu perpetuo neutra infinitas determinate concludiẗ: sed in cõi cõcluditur, ꝙ opꝫ virtutem motiuã tpe perpetuo esse infinitã. Vñ dicunt, ꝙ qõ auer. est, cum sit ꝙ virtus motiua tpe infinito sit infinita abstrahẽdo ab hac ⁊ illa ifinitate, quare posita in magnitudine infert motũ in nõ tpe ⁊ extra magnitudinẽ nõ. Et rñsio est supponẽdo, ꝙ si aliq̃ virtus posita in magnitudine dꝫ mouere tpe perpetuo: opꝫ ꝙ sit infinita intẽsiue ex. 8. phy. tex. 78. ⁊ cõsequenter moueret in non tpe ex tex. 79. ⁊ addẽdo, ꝙ si aliqua ꝟtus motiua tpe perpetuo ponatur extra magnitudinẽ: illa est necessario ifinita ẜm duratiõnẽ: ⁊ distinguitur in motorem vt agens, ⁊ sic est finite motionis. i. mouet in tẽpore ⁊ motorem vt finis: ⁊ sic est infinite motionis, id est mouet infinito tẽpore: qđ virtuti posite in magnitudine conuenire nõ potest. Non enim põt distingui in motorẽ vt agens, ⁊ vt finis: et ideo opꝫ, ꝙ virtus motiua tempore infinito, si est in magnitudine: moueat in non tẽpore: extra magnitudinẽ nõ. ¶ Sed vere isti innituẗ telis aranearũ. Deficiunt enim dupliciter. s. in re ipsa: ⁊ in expositione auer. In re ipsa quidem: qꝛ falsum est, ꝙ virtus motiua tempore infinito. si ponitur in magnitudine, est infinita intensiue: si extra magnitudinẽ nõ. Queratur enim ab ipsis (ne in equiuoco laboremus) de quali infinitate temporis est sermo. Distincta est enim superius ex 6° physicorum: qꝛ est duplex ex parte mobilis, ⁊ ex parte spatij: seu per se, ⁊ per accidens. Si est sermo de virtute motiua tẽpore infinito ex parte mobilis: nulli dubium est. ꝙ illam oportet esse infinitã intensiue. in textu eñ. 78. non est sermo de tali virtute: sed de prima: vt ex dictis patet. ¶ Amplius. Cũ philosophus obedire debeat rationi: oportet reddere causam quare cũ ad mouendũ. b. mobile certa velocitate: puta motu vnius hore req̃ratur tanta virtus intensiue: puta vt centũ: ⁊ ad cõtinuandũ illum motũ tempore perpetuo sufficiat ex parte ꝟtutis motiue, ꝙ semper perseueret in eodẽ vigore: quare inouam est, ꝙ virtus talis si ponatur in magnitudine. sequtur ꝙ sit infinita intensiue? Hoc eñ neqꝫ ex parte perfectiõis virtutis: nec ex natura magnitudinis oritur: ⁊ tamen hoc est super quod isti fundantur. ¶ Quasi dicatur, ꝙ hoc oritur ex hoc ꝙ illa virtus actiua semper remanere debet in eodem vigore. Hoc puerile est: quia ex hoc nihil aliud sequitur, nisi, ꝙ illa virtus oportet ꝙ ponatur in magnitudine inalterabili ⁊ icorruptibili. Ex hoc aũt ꝙ virtus actiua ponitur inalterabilis ⁊ incorruptibilis, infiniteqꝫ durationis siue in quãto, siue extra: non habetur maior perfectio intensiua, vt de se patet: ⁊ in primo ethicorum cap. 7. ab arist. ⁊ auerroi dicitur. Et datur exemplum de albo: quod ex hoc, ꝙ ponitur perpetuũ, non sequitur ergo est albius: qꝛ differentia maioris ⁊ minoris ratiõis non infert differentiam scđm magis ⁊ minus. Unde ridiculũ est qđ quidam inter philosophos se locantes dicunt, ꝙ ideo nõ potest esse virtus motiua actiue tempore perpetuo in magnitudine: quia opꝫ ipsam esse duratiõis infinite, ⁊ per hoc infinitam intensiue. Deberent enim inferre ac per hoc inalterabilem ⁊ incorruptibilem: ad quod sequitur infinitas intensiua. ¶ Pudet autem adducere quorundam fatuitatem dicentium, ꝙ processus nõ fit ab auer. ⁊ aristo. ad cõcludendum primum motorem esse incorporeum absolute, sed ad concludendum ipsum esse incorporeum, id est non immersum materie ad esse: que est tantũ apud eos in generabilibus ⁊ corruptibilibus. Ratiõis siquidem arist. a textu. 78. vbi inchoat, teste ipso arist. ibi cũ auer. tractatus intẽdentis ostendere impartibilitatem primi motoris, vis est ex natura quanti ⁊ extensi. siue corruptibilis, siue non: vt patet in tex. vltimo rationem formans ex efficacia probatorum: ⁊ non aliter concludit primum motorem impartibilem. vnde hoc est simpliciter error nimis fatuus.

¶ Amplius. Hoc dictũ scilicet ꝙ virtus motiua actiue tempore perpetuo si est in magnitudine: est infinita intẽsiue, si extra, non oportet vel ex rationibus formalibus terminorum intelligibiliter deducere. vel ex sensibilibus assumere. Sed iam ostensum est ex rationibus terminorꝫ hoc non deduci: sed oppositum quo ad primam partem: ⁊ sensibilia idem testantur. ergo hoc est volũtarie dictũ. Ex sensibilibus enim habemus, ꝙ virtus alteratiua solis est motiua actiue: ⁊ est in magnitudine, ⁊ tñ non est infinita intẽsiue: nec alterat in nõ tempore. Nec potest dici, ꝙ qꝛ sermo est de virtute actiua motus localis: iõ instantia non militat. Tum qꝛ eadem est ratio quo ad mouere in non tpe, ⁊ infinitatem intensiuam: de virtute alteratiua ⁊ motiua secundũ locum, ⁊ vniuersaliter motiua si ponantur i magnitudine: vt dicitur. 8. physi. text. 79. vt iã adductum iterum est. Tum quia si idem alterabile semper supponeretur alterationi solis: tunc sol vnum numero motum perpetuum posset continuare, nulla facta augmentatione sue virtutis: quicquid sit de antecedente huius cõditionalis: ⁊ sic virtus finita intensiue infinita duratione moueret in tempore infinito vnum motum continuum ⁊ non in non tempore. vnde ꝙ de facto non sit hoc: est ꝑ accidens quantum est ex efficacia virtutis. Accidit enim tante virtuti, ꝙ vnum vel plura subijciantur ⁊c. ⁊ nihil minus posset in vnum semper quam plura. ¶ In expositione autem verborum Auerro. errant: quia ex huiusmodi sensu non habetur responsio ad quesitum: esset enim responsio ꝙ iõ virtus motiua tempore infinito posita in magnitudine moueret in non tempore, ⁊ posita extra magnitudinem non: quia virtus extra magnitudinem distinguitur in motorem vt agens, ⁊ motorem vt finis. in magnitudine autem nõ. Ex hoc autem quomodo haberi possit quesita differentia centum iuga boum nõ deducerent. ¶ Quarto principaliter probatur, quod de infinitate intensiua sit sermo auer. ibidem: ex eo, quod ibi dicit, quod motus celi inquantum est ab anima celi sortitur determinatam velocitatem: inquantum vero est a primo motore sortitur sempiternitatem. Ex hoc enim arguitur sic. Aut intendit quod motus celi habeat sempiternitatem a primo motore effectiue, aut finaliter. ¶ Si effectiue: cum in hoc ponat differentiam inter primum motorem ⁊ animam celi, tripliciter potest hoc imaginari. ¶ Primo ꝙ anima celi, aut non efficiat,

Universidad de Deusto Biblioteca

aut non sufficienter possit efficere sempiternitatē motus:⁊ ideo attribuatur primo motori tanquam cause sufficienti.⁊ hoc conuincitur demonstratiue esse falsum.supponendo animam celi esse virtutem motiuam immobilem:vt patet ex.8.phy.tex.85.⁊ ex supradictis. ¶ Secūdo.ꝙ anima celi dependenter illam faciat.primus autem motor independenter:⁊ ideo attribuitur primo motori vt eius cause actiue independenter. Et hoc conuincitur esse cōtra Auer.ibi:quia aut loquimur de communi depēdentia.qua omnia entia alia a primo ⁊ actiones eorum dependent a primo.⁊ sic nō saluatur cōmentum ponens differentiā inter sempiternitatem ⁊ determinatā velocitatem motus celi in hoc,qꝺ illa est a primo motore:hec ab anima celi.tali eñ dependentia cōmuni tam sempiternitas ꝙ determinata velocitas est a primo motore mediante anima celi. Aut loquimur de singulari dependentia.qua in faciendo talem effectum.s.sempiternitatem motus:anima celi depēdet a primo motore. Et hoc cōuincitur esse impossibile tenēdo primū motorem finitum intensiue:⁊ deducitur sic. Motore sufficiēte ex ijs que in se intrinsece sunt:applicato mobili disposito circūscripto quocūqꝫ alio, excepta cōmuni dependentia ad primū:necessario ꝓuenit effectus proprius illius motoris. Patet ista ex terminis:alioquin nulla esset via ad probādam consecutionem cause ad effectū ⁊ ecōuerso. Sed anima celi est actiuum sufficiens ex suis intrinsecis respectu motus eterni.ergo circūscripto quocūqꝫ alio excepto cōmuni influxu primi:potest in motum eternū:ergo nulla est opus spāli depēdētia. Probaꝫ minor ex eo,ꝙ aīa celi habet ex suis intrinsecis duo requisita ad faciēdam sempiternitatem mot⁹.s.tātam ꝟtutem intēsiue(puta vt mille)⁊ immobilitatem:quilibet enim motor habēs hec duo,pōt sempiternum facere motum,quāuis nō per se,vt dictū pluries est. ¶ Tertio, ꝙ anima celi sꝫ sufficiēter,tamē per accidēs facit sempiternitatem motus:primus aūt motor facit eam per se:⁊ ideo attribuiꝫ primo motori,vt eius cause actiue ꝑ se primo intēdēti illam. Et sic habetur intētum:qꝛ vt ex prima cōditionali ꝓbata patet,ex hoc sequiꝫ:ergo prim⁹ motor est ꝟtutis infinite intēsiue. Et in rei veritate,ista videtur mens Auer.in illo loco. Loquiꝫ eñ de actiua causalitate,vt qō mota ostēdit:⁊ nō intendit subtrahere ab anima celi causalitatē actiuam sempiternitatis:sed perseitatem causalitatis,cuius nulla ꝟtus finita est capax,vt pꝫ ex dictis. Vñ causam actiuā ꝑ se determinate velocitatis posuit animam:sempiternitatis ꝟo primū motorē. ¶ Si finaliter:hoc pōt dupliciter imaginari. Primo,vt sit sermo de depēdētia cōmuni, qua omnia causanꝫ in genere cause finalis a primo. Et hoc est cōtra Auer.ibidem:qm̄ hoc modo nō saluaꝫ sua differētia inter determinatā velocitatem motus ⁊ eius sempiternitatem:hoc etenim modo vterqꝫ effect⁹ depēdet finaliter a primo motore. ¶ Secūdo,vt sit sermo de aliquo speciali modo depēdendi:in genere tamen cause finalis. Et quātum verba eorum sonant:videntur dicere:qꝺ quodam singulari modo sempiternitas est a primo fine,quo non est determinata velocitas:sic ꝙ sempiternitas motus in hoc differt ab eius velocitate,ꝙ ista sufficienter fiat ab agēte:illa autem non nisi adiuncta causalitate finali primi motoris. Sed quia facile est dicere distinctionem in qualibet re quāuis ardua:⁊ inexercitati est admittere illam in aere: ideo queram⁹ ab istis quomodo sit ista differētia. Hoc eñ non potest nisi tripliciter imaginari.s.aut sic:qꝺ sempiternitas careat causa actiua:⁊ finali tātum attribuatur. Et hoc est ridiculum:qm̄ nō est intelligibile,qꝺ aliquid effectiue ꝓducat motū, ⁊ nō ꝓducat eius durationē:maxime cum tempus,qꝺ est duratio illa(vt.12.meta.tex.25.dicitur)aut est ipse motus,aut eius passio. Cōstat aūt ꝙ hec ab eodē fiunt actiue ꝫm rem:ꝙuis nō eodem modo:potest enim eorum que sunt idem realiter,vnū per accidens ꝓduci ab agente inferiori:⁊ alterū per se,vt patet cum sortes generat Platonē. Tunc eñ licet fiat Plato per se:fit tamē corpus vel mixtum per accidēs:vt dꝛ in primo phy. tex.76. Aut sic,ꝙ ad determinatam velocitatem causa actiua sufficit absqꝫ finali:ad sempiternitatē aūt nō. Et hoc etiā est ridiculum:quia finis est causa ceterarum causarum,nullusqꝫ est effectus nature,aut artis absqꝫ fine. Aut sic,ꝙ ad determinatā velocitatē causa actiua cum fine cōmuni sufficit:ad sempiternitatem autem non,sed requiritur specialis ratio dependentie ad primum motorem vt finem. Et hoc est iterum loqui in aere:nisi hmōi rō assigneꝫ. ¶ Nec apparet alia ratio ꝙ illa,que in eodē cōmēto.41.ex intētione Themistij subdiꝫ.s.ꝙ motor q̄ mouet ad cōsequēdum aliquid,vel ꝯseruādum aliquid trāsmutabile, necesse est ꝙ quādoqꝫ cesset. Motor aut ē qui mouet ꝑpter aliquid semp in actu,⁊ immutabile:qua ratione mouet vno tempore,mouet semper. Et sic habetur spālis ratio dependentie sempiternitatis ex fine:que nō habetur in velocitate motus. Sed adducere hoc ad ꝓpositum nouitiorꝫ est. Cum eñ omnes anime celestes prima intentione operentur ꝑpter se(vt dicitur.12. metaphy.cō.36.⁊ scōo celi,cō.17.et.21.)⁊ ipsarum natura sit immutabilis ⁊ in actu:⁊ earū opera sint sicut opa artiū vt dicitꝫ.12. met.cō.44.⁊ finis sit principiū in opabilibus:vt dicitur in.2. phy.tex.88. Quēadmodum ex actualitate immutabili finis sumunt anime ille rationē sempiternitatis in suis operibus:ita ex alijs cōditionibus nobis ignotis sumūt rōnem tante velocitatis:⁊ quare magis ab oriēte moueāt versus hemisperium superius ⁊ alia huiusmodi. Hec enim omnia fiunt ꝑpter melius: vt ex scōo celi,tex.⁊ cō.34.habetur. Et ex fine necesse est bonitatem eorum fieri:cum naturalia agātur ꝑpter finem:vt dꝛ.2. phy.tex.80. Unde ex hoc nō magis habetur,qꝺ sempiternitas specialiter dependeat a primo ꝙ certa velocitas.vtrūqꝫ enim eorum habet hoc modo specialem rōnem dependentie ex fine. ¶ Amplius. Cū ratio sempiternitatis motus sufficiēter sumatur ex his finis cōditionibus.s.ꝙ sit in se actu,⁊ habitus a mouente,⁊ immutabilis:⁊ hec sint cōmunia oībus motorib⁹ celorꝫ respectu ꝓpriarū essentiarū:nihil ꝓpriū primo motori dixisset Auer,sed totū qꝺ dixit,cōuenit oibus aīabus celorꝫ in rōne finis. Nec pōt dici qꝺ dictū Auer.cōe quidē est omni motori separato in rōne finis:sed appropriatur primo ꝑpter depēdentiā aliorꝫ a primo ⁊ in rōne finis:qm̄ sic nō saluaꝫ differētia inter sempiternitatē ⁊ velocitatē:vtraqꝫ eñ ꝑpter indepēdentiam, primo est attribuēda fini. Qꝺ si tanqꝫ ad vltimū refugiū recurrendo dicatur,ꝙ sempiternitas motus dependet a primo fine quodam singulari modo ignoto nobis:⁊ hoc cognosci ex hoc qꝺ omnes motores celestes cōueniunt in sempiterne mouere: nō aūt in velocitate motus(hoc enim ideo esse credendum est, quia rōnem sempiternitatis habēt respiciēdo primū,velocitatem ꝟo respiciēdo ꝓpria). Hoc est cōtra Auer.qui expresse dicit in secūdo celi,cōm.58.qꝺ motores inferiores sumunt rōnes suarum velocitatum,ꝫm ꝙ magis desiderant assimilari pmo. Et loquitur,nō solum de motu diurno,sed etiā in circulo obliquo. Deinde hoc nō est sufficienti rōne firmatū.qꝺ eñ conueniāt omnes in sempiternitate motus:vt dicit Auer.in scōo celi cōmē.38.⁊.71.⁊ alibi,est qꝛ cōueniūt oēs in hoc,qꝺ sunt motores inmateriales. Et ideo hoc nō oportet cōijcere,ꝙ sit ex singulari modo depēdēdi a fine:cum clare pateat,ꝙ finis cōis cū immaterialitate motoris sufficiat:nec locus est coniecturis in manifestis. ¶ Amplius. Velocitas de qua ibi loquitur Auer. vt patet in cōmento,nihil aliud est ꝙ temporalitas:in qua oēs motores celi cōueniunt,sicut ⁊ in sempiternitate: nullus enim mouet in non tempore. Restat ergo qꝺ de infinitate intensiua sermo Auer.ibidem sit. Et licet euidentiores sint predicte rationes.si duo motores ꝫm rem in primo orbe ponantur:efficaces tñ sunt etiam si duo ꝫm rōnem:vnus autem ꝫm rem poniꝫ: vt patere potest cuilibet eas applicare sciēti. Unde omnes expositiones cōmēti predicti false apparent. ¶ Ultima autem ordinē librorꝫ Auer.non pensauit. Cum enim constet ex scōo celi, cōmē.3.qꝺ tunc iam fecerat libellum de substantia orbis. Et ex pluribus cōmētis,ꝙ tūc etiā fecerat sup libros physicorꝫ:et ex 12.meta.cō.65.ꝙ iuuenis erat qñ fecit sup lib.de celo:⁊ spabat in cō.352.se perfecturū astrologiā:⁊ ꝙ senex scripsit sup metaphysica manifeste liquet,ꝙ oīa dicta Auer.sunt examināda ad 12ᵐ metaphysice eius:⁊ non econuerso:quoniam opus illud testamentum eius est.

Secūda Autem via ad ostēdendam infinitatē ꝟtutis dei gloriosi sumpta ex San.Tho.breuior est. Et supponit deū esse causam actiuā alicuius substātie,siue mūdi,siue prime intelligētie,siue omniū incorruptibilium,siue ab eterno,siue in tpe:nihil eñ horꝫ refert,dūmodo cōcedatur per simplicem emanationem(quam nos creationem dicimus)deū aliquid ꝓduxisse. Hoc autem nunc supponatur. Tum quia cōmuniter excellentes viri hoc cōcedunt etiā de mēte Aristo.et Auer. Tum qꝛ expsse cōtra Algazelē pluries Auer.hoc dicit. Tum qꝛ hoc exigeret spālem qōnē:quā alibi tetigim⁹. ¶ Accedentibus ergo huic supposito,hec via paraꝫ:iuxta quā arguiꝫ prelibādo rōnes terminorꝫ.s.ꝙ virtus creatiua est virtus actiua effectus ex nulla potētia passiua:siue sit creatiua ab eterno, vt Plato,⁊ Arist.cū sequacib⁹ posuerūt:siue in tēpore:vt fides

christiana determinat. Cetere autem virtutes actiue sunt effectiuum ex aliqua potētia passiua presupposita:vt pꝫ in naturalibus ⁊ artificialibus. ¶ Arguitur ergo sic,loquēdo semper de quantitate virtutis seu perfectionis. Omne quātum excedēs aliud quātum,sic,ꝙ quātūcūqꝫ excessum crescat:nūqꝫ inter ipsa est aliqua ꝓportio:est necessario infinitū intensiue. Ista patet ex terminis:quoniā vt dicitꝫ in.8.phy.tex.79.si excedēs est finitum,addendo semper quantū ad excessum qñqꝫ equabitur ⁊ excedeꝫ. Sed virtus creatiua est aliquāte perfectionis:⁊ sic excedit virtutē factiuam rerū ex potentia subiecti:ꝙ ꝙtūcūqꝫ augeatur,nō est inter eas ꝓportio.ergo virtus creatiua est infinita intensiue. Probatur minor quo ad vltimam partem(que sola eget ꝓbatione)⁊ ducendo ad impossibile:qꝛ sequeretur ꝙ virtus tātum actiua ex aliqua potentia,⁊ virtus actiua ex nulla potentia possent esse equales:qꝺ est manifeste impossibile. Tenet ꝯña,supponendo vnū,quod probatione non eget.s.ꝙ quanto aliquod actiuū pōt educere rem de remotiori potētia ad actū:tanto est virtuosius. Ad sensum enim pꝫ,ꝙ ad educendum calorē de potentia aque:maior virtus requiriꝫ ꝙ ad educendum ipsum de potētia aeris:hoc igitur supposito,arguitur more aristotelico sic. Sumatur virtus ꝓductiua alicuius(puta bouis)ex nulla potentia:⁊ sit.a. Sumatur quoqꝫ virtus ꝓductiua bouis ex aliqua potētia,puta.c.⁊ sit virtus illa.b. Tūc sic. Iste due virtutes.s.a.⁊.b.per se habent aliquā ꝓportionē: sit ergo proportio centupla:ita ꝙ.a.excedat.b.non plus ꝙ in centuplo. Et tūc sumatur potentia passiua in centuplo magis elōgata ab actu ꝙ sit.c.⁊ sit illa.d. Cum ergo oporteat tāto virtuosius esse agens quanto elōgatior est potentia ab actu:necesse erit virtutē actiuam bouis de potentia.d.esse in proportione centupla ad.b.⁊ per hoc esse equalem ipsi.a. Et sic virtus ꝓductiua ex aliqua potentia,⁊ virtus ꝓductiua ex nulla erūt equales:quod ē impossibile. Imo etiam eodem processu potest deduci,ꝙ illa sit etiā maior qꝺ est ipossibilius. Nec potest inficiari quispiā hunc processum ex eo,ꝙ non pōt sumi in rerum natura potentia remotior ab actu quacunqꝫ potentia data:oportet enim sic dicentes negare processum ari.4.phy.tex. 72.vbi assumit plenum subtilius quocūqꝫ pleno.⁊.6.phy.tex. 15.vbi assumit motū velociorem quocūqꝫ motu.⁊ breuiter destruere doctrinam traditā in libris phy. Saluatur enim efficacia horum ⁊ similium processuū ex rōnibus formalibus terminorum:⁊ ex veritate conditionaliū:quicquid enim repugnat veritati cōditionalis est falsuꝫ ⁊ impossibile vt auer.dicit in.8. physi.tex.78. Unde proposito sufficit veritas conditionalium: puta,si virtus aliqua produceret ex potētia in centuplo remotiori:esset i centuplo proportionaliter ⁊c. Stat ergo ratio firma quamuis quidam nesciētes aut non volentes eam formare,soluisse se arbitrati sunt:vt de scoto patet pma di. 4ᵗ. Qui ideo credidit se soluisse:qꝛ San. Tho.non solicitus circa terminos:qui in autenticis rōnibus solent subintelligi fecerat maiorē huiusmodi. Eorū inter que nulla est ꝓportio alterum est infinitum soluit scotus:quod hec non est vera:vt pꝫ de puncto ⁊ linea:⁊ tamē punctum non est infinitū. Propter qꝺ notāter nos posuimus in maiori vtrūqꝫ esse quantū: vt has pueriles cauillationes effugaremus. Et hec de secundo.

Restat igitur Argumentis in oppositū rñdere. ¶ Ad primū ꝙ (qꝺ tres difficultates tangit:vnā pncipalr ⁊ duas ex consequenti) tali est ordine dicendū,ꝙ duas annexas difficultates.s.an de⁹ moueat vt finis tm̄ vel vt finis ⁊ agens,⁊ si vt agens,an mediate vel immediate:pertrāsibimus:dicēdo,qꝛ est.ꝫ. Tertiā vero principalem scilꝫ an ex positione virtutis infinite intesiue in rerū natura,necessario sequatur motus in nō tēpore,pertractabimus duplr scꝫ ꝫm auer.⁊ simpꝉr. Quāuis igitur multi ex secundo celi tex. 64.vbi in summo gradu pfectionis vniuersi locaꝫ id,qꝺ sine actione optimū possidet:⁊ ex 12.meta.tex.30.vbi dꝛ,ꝙ de⁹ mouet sic amatū ⁊ desideratū:credāt deū nō eē cāꝫ agētē,sꝫ finalē. veri⁹ tñ dicūt sentiētes vtroqꝫ mō deū eē cām:vt simplicius arguit ex pmo celi tex.30.vbi aristo.dicit,deū nihil agere frustra. Si eñ ad hoc incōueniēs solicitus fuit aristo.deducere, ꝙ deus nihil agit frustra:ergo supponebat deū agere ꝑpter finem,ridiculū eñ eēt deducere ad hoc inconueniens de causa nō actiua. Auerrois quoqꝫ in de substātia orbis,manifeste reprehendit dicētes oppositū esse de intentione aristotelis.et in decimo meta.cō.7.expresse dicit qꝺ deus mouet non tantū vt finis:sed vt motor. Quod etiam firmat in 12.cō.6.et in cō. 44.vbi etiā postmodū auicēnā ponentē deum esse tantū finē arguit ꝙ oportet primi principis esse actionem:que cū hoc qꝺ sit sibi propria,sit cōmunis ceteris:qualis est mot⁹ diurnus. Et in secundo celi,cō.17.dicit ꝙ omnē hñs actionem in se,habet actionē in alio.⁊ in cō.21.dicit ꝙ omne,quod inueniꝫ propter se prima intentione inuenitur ꝑpter aliud secūda intētione:nisi illic esset natura non innata ad largiēdū. Et breuiter totus auer.plenus est hac sententia vel formalr vel radicalr: vt puta ꝙ in separatis a materia causalitas finalis ⁊ efficiēs eidem conueniunt:vt dicitur in 12.com.⁊.35.et.38.⁊.55. ¶ Nec obstat ꝙ aristote.dixit deum mouere vt amatum.nō eñ dixit hoc cū dictione exclusiua:imo ex hoc magis habetur ꝓpositū supposita illa vniuersali auer.quam modo diximus. Id ꝟo qꝺ ex secundo celi adducitur:admiratione dignū est qua fronte ab auerroistis adducatur cum auerrois ipse ibidem in cō.66. expresse dicat ꝙ in illo summo gradu habente optimū sine actione,datur latitudo includens omnes intelligētias.ita qꝺ apud ipsum omnes intelligentie sunt in illo primo gradu:⁊ nō tantum deus:⁊ tamen constat apud eos etiā,ꝙ cetere intelligentie agunt ad extra. Intendit eñ ibi Aristoteles apꝺ Auer. intelligentias quatenus intelligētie sunt habere optimū(qꝺ est felicitas speculatiua)sine omni dependētia ab exterior actione non sicut in nobis:iuxta illud 12.meta.tex.39.deductio autē qualis optima ⁊c.⁊ esse in pmo gradu. Quatenus ꝟo anime sunt,optimū assequi per motum:⁊ in secundo locari ordine sicut cum corporibus,quorum sunt anime. Unde deū mouere non solum finaliter,sed actiue dicimus. ¶ Et quamuis ex multis cōmentis videatur haberi,qꝺ deus mouet immediate:quia in cōmen.44.12.metaphysi.reprehenduntur ponentes deum esse priorem motore primi orbis ⁊ in cōmen.38.expresse dicitur qꝺ primus motor mouet sine medio.⁊ in cōmē.48.numerantur substantie immateriales ꝫm numerum motuum celestium,expresse supponendo nullam esse,que non mouet:vt tamen ex dictis superius patere potest:in cō.41.12.expresse dicit motum celi componi ex duobus motoribus. Et ideo sciēdū est ꝙ iste subinuicem nō cōtradicunt:quoniam cum sint in hac re opiniones extreme,vna Auicenne dicentis deum nihil agere ad motum celi,nisi ꝫm qꝺ prima causa operatur per secūdas:sed primum motorem esse primam intelligentiam productam a deo, que cum anima celi mouet alia corum qui dicunt deum solum mouere primum celum. Auerrois via incessit media vtrūqꝫ declinans extremū,⁊ ideo nūc hoc,nunc illud excludit extremū quāuis pluries Auicēnam impugnauerit. Est igitur apud eū primus motor deus gloriosus nō tamē mouet solus. ¶ Sed quia in motu primi celi sunt duo(sempiternitas motus ⁊ certa velocitas:puta.24.horarum)posuit vtrūqꝫ horum habere per se primo causam actiuam ⁊ propriā.⁊ sempiternitatis quidem deum:certe vero velocitatis animam celi. Et hic sensus respōdet plane expositioni illius cōmēti absqꝫ extorsione. Et sic de⁹ nō est prior motore totius,imo facit per se motum totius quo ad nobilissimā eius rationem:que est sempiternitas:⁊ hoc modo deus nō est anima alicuius orbis. Et ideo dixit ibidē Auerrois,ꝙ est potentia non in materia. Et per hoc volebat qꝺ differret ab anima celi. Et hoc modo saluatur qꝺ cō.44.dicitur, ꝙ illud quod intelligit motor corporis celi de primo motore, est aliud ab eo quod intelligit motor orbis saturni. Et sic numerus immaterialiū substātiarū ꝫm numerū motuum saluaꝫ:qꝛ ex motuū numero inuētus est numerus motorꝫ aliorꝫ a primo:qui tam ex infinitate motus stabilitus erat. Nullam enim substantiam immaterialē ponimus,nisi ex motu conclusam:sed primā ex infinitate motus ceteras ex numero motuū regulariū:⁊ perpetuorū exigētium motores immobiles. Et hoc ꝯsonat textui Arist.expresse querēti numerū motorꝫ immobiliū:nō numerū motorꝫ infinitorꝫ:vt ꝑ hoc insinuaret ꝙ de alijs a primo loquebaꝫ:quāuis prim⁹ quoqꝫ sit immobilis. Est siquidē sermo Aristotelis ⁊ Auer.ibidē cōtra ponētes substantias immateriales absqꝫ aliq̄ ꝓpria motiōe alicui⁹ corporis:vt pꝫ ibidē.qꝺ nos non diximus. Et breuiter ꝫ mō oīa dicta Auer.inueniunꝫ ꝯsona.⁊ merito:qꝛ ꝟo oīa ꝯsonāt. Vñ helie hebrei laborꝫ ꝙ van⁹ fuerit patet. Putauit eñ qꝺ ex hoc qꝺ de⁹ dꝛ motor effectiue primi celi:sequeretur,ergo mouet solus primū celū. Iam eñ liquet deum esse ꝓpriū motorē primi orbis,quo ad sempiternitatē sui mot⁹ actiue causandam. Mouet ergo deus celum effectiue vt motor ꝓpri⁹:⁊ mediāte anima celi sic,vt vtriusqꝫ ꝓprius effect⁹ mot⁹ celi sit diuersimode:⁊ sic q̄ ad duo prima pateat quid tenēdū sit.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶De tertio autem (in quo tota stat difficultas presens) ambi-
guitas magna videtur. diuisi siquidem sunt peripatetici circa
id. Quibusdam enim apparet ꝙ ex hoc antecedente. datur vir
tus infinita in natura. sequitur necessario, ergo motꝰ in non tē
pore. Quibusdā vero videt ꝙ distinctione opus sit in re hac.
⁊ hi in tres distincti sunt vias. Alij putant ꝙ distinctione modi
agendi. s. libere vel necessarie opus sit. Alij vero ꝙ distinctio
modi essendi illius virtutis infinite. s. an habeat esse materiale
an immateriale: ad hoc sufficiat. Alij autem duas distinctio-
nes necessarias credunt ad saluandam infinitam virtutē in re-
rum natura: scilicet modi essendi (que modo dicta est) ⁊ modi
agendi: scilicet mediationem vel immediationem: ita ꝙ oēs
huiusmodi opiniones sunt quatuor. Et primam quidem post-
ponentes (quia ex discussione aliarum quid veritatis habeat
patebit: ⁊ eius fundamenta sunt que arguendo adduximus)
ad secundā nos transferamus opinionē: que tria dicit. ¶Pri
mo ꝙ ex hoc antecedente, virtus infinita est in magnitudine:
Videbitur autẽ Forte alicui ex his ꝙ predicatio analogi de suis analogatis (puta entis de substãtia et q̄ȝtitate, aut forme de anima ⁊ albedine ⁊c̃.) sit sicut predicatio equiuoci de suis equiuocatis: ita quod non sit predicatio superioris de inferioribus, nec cõmunioris de minus cõi: nisi sola voce: sed eiusdem de seipso. Non est eñ in analogo res vna significata que in vtroqȝ analogatorum saluetur, absqȝ hoc aũt predicatio ꝯmunioris aut superioris non inuenitur secũdum intrinsecã denominationẽ, seu existentiam. Sic enim analogũ ſm proportionalitatem communẽ esse dictum est. ¶ Fouere quoqȝ potest non parum opinionem hanc processus iuxta primum topi. Aut scilicet analoguȝ est predicatum conuertibile, aut inconuertibile: seclusa vocis communitate. Et cum constet non esse inconuertibile: (quoniã substantia vt sic se habens ad suum esse, quod ens de substantia dictum predicat: ꝯuertitur cũ substãtia: ⁊ similiter quãtitas sic cõmensurata suo esse, cũ quantitate cõuertit': ⁊ sic de aliis) cõsequens est: ꝙ analogum, tanq̄ȝ superi9, de analogatis predicari nõ possit. Superioris.n. intentionẽ suscipe nõ põt, quod conuertibile esse comprobat'. ¶ Et q̄m ſm veritatem analogũ vt supius predicatur de analogatis, ⁊ non sola voce cõmune est eis: sed cõceptu vnico ꝑportionaliter: cuius vnitas ad hoc ꝙ predicatum aliquod superioris rõnẽ hẽat, sufficit: qr supius nihil aliud sonat q̄ȝ vnum predicatum ad plura se extendẽns: vnum autem non per accñs, aut congregatiõe (sicut aceruus lapidum) sed per se, constat esse etiam vnum proportione: ideo ad huius veritatis claritatem ex extremis ꝑcedẽdo, sciendũ est, ꝙ qr analogum medium est inter vniuocũ ⁊ pure equocũ: consequens est ꝙ analogũ idem aliquo modo, ⁊ non idem aliquo modo de suis predicat analogatis. Et qr predicat aliquid abstrahens aliquo mõ a suis analogatis (vt ex premisso pȝ.c.) cõsequens est, ꝙ comparetur ad sua analogata vt maius ad minora, seu supius ad inferiora: lȝ nõ oĩo vnũ ſm rõnẽ sit, qd' eis imponit. ¶ Qd' vt clarius pateat, figuraliter declarat' sic. Tã in equiuocis q̄ȝ vniuocis q̄ȝ analogis, quatuor inueniunt'. s. due res ad minus, equiuocate, vniuocate aut analogate: ⁊ due res seu reꝝ rationes equiuocationẽ, vniuocationẽ aut analogiaȝ fundantes: verbi gratia, In equiuocatione canis inueniuntur hec quatuor. s. canis marinus, ⁊ canis terrestris, ⁊ rõ illi9, et rõ istius ſm nomen canis. In vniuocatione quoqȝ animalis inueniũtur quatuor: scȝ homo ⁊ bos: ⁊ natura sensitiua hominis ⁊ natura sensitiua bouis: que animalis vniuocationẽ fundant. In analogia siĺr entis quatuor sunt. s. sub̃a ⁊ quantitas: ⁊ substantia inquantũ commensurata suo esse: ⁊ quãtitas ſm ꝙ suo esse proportionatur. ¶ Et lȝ prima duo. s. equiuocata ⁊ vniuocata ⁊ analogata eodem modo quantum ad propositum spectat in oĩbus his distinguantur: qr vbilibet ex opposito condistincta sunt: altera tñ duo vniuocationẽ, equiuocationẽ ⁊ analogiã fundantia, diuersimode vnita aut distincta sunt. In equiuocis nãqȝ rationes ille: puta canis marini ⁊ terrestris, sunt omnino diuerse ſm rationẽ, ⁊ ꝑpter hoc id qd' predicat canis de marino cane, nullo modo predicat de terrestri: ⁊ ecõuerso. ⁊ ideo sola voce cõmunius aut maius equiuocatis dr̄: ⁊ est. In vniuocis vero res ille (puta animalitas in boue ⁊ animalitas in leone) lȝ numero ⁊ specie diuerse sint: ratione tamen omnino eadem sunt: ratio eñ vnius, est omnino eadẽ qd' rõ alteri9: ⁊ econuerso. ⁊ propter hoc id quod predicat aĩal de hoĩe: idem oĩno predicat de boue: ⁊ vniuocũ dr̄ ⁊ superi9 hoĩe ⁊ boue. In analogis autem res analogiã fundantes (puta quantitas vt sic se habens ad esse, ⁊ substantia vt sic habens ad esse) lȝ diuerse sint ⁊ numero ⁊ specie ⁊ genere: ratione tamen eadẽ sunt nõ oĩno, sed proportional'r: quoniam vnius ratio proportional'r eadem est alteri. Et propter hec id quod predicat analogum puta ens de quantitate: illudmet ꝑportionaliter predicat de substantia: ⁊ econuerso. Est eñ illudmet ꝑportionaliter id qd' in substantia ponit: ⁊ econuerso. ⁊ propter hoc analogũ (puta ens) non sola voce cõius, maius aut superius analogatis est, sed conceptu (vt dctm̃ est) ꝑportionaliter vno. Ita ꝙ analogũ ⁊ vniuocũ cõueniunt in hoc: ꝙ vtrũqȝ coloris ⁊ supioris rõnẽ hȝ. Differunt autem in hoc, ꝙ illud est superius analogice seu proportionaliter: hoc vero vniuoce. Et merito: qr fundamentũ superioritatis vtrobiqȝ saluatur: vniuocatiõis aũt non. Fũdat' eñ superioritas super identitate rationis rei significate. i. sup hoc ꝙ res significata inuenitur non in hoc tantũ: sed illamet non numero sed ratione inuenitur in alio. Uniuocatio autem super modo identitatis omnimode. s. idẽtitate rõnis rei significate. i. super hoc quod ratio rei significate in illo ⁊ in isto est eadem omnino. Quãuis enim in analogis hic idẽtitatis modus non inueniat', quem in vniuocis inueniri pluries dcm̃ est: identitas tamen ipsa ratiõis rõnum ✠ inuenitur. est nãqȝ idẽtitas ꝑportionalis, idẽtitas quedã. (Alias ✠ idẽtitas tñ rõnum ⁊c̃.) Et ideo non minus analogũ (puta ens) est predicatũ superi9 q̄ȝ vniuocũ: puta animal: sȝ alio mõ: analogum enim est superius, ꝑportionaliter: qr fundatur supra idẽtitatẽ proportionalis rõnis rei significate, vniuocum aũt precise ⁊ simpliciter: qr super oĩmoda idẽtitate rõnis rei significate eius superioritas fundatur. Propter qd' sanctus Tho. superioritatis fundamẽtũ aspiciens in.5. meta. dixit, qd' ens est superius ad omnia sicut animal ad hominẽ ⁊ bouem. ¶ Unde obiectiones ad oppositum adducte, in hoc peccant: ꝙ inter idẽtitatẽ ⁊ modum identitatis non distinguunt. Fatẽdũ est eñ, ꝙ ad hoc ꝙ aliquis terminus denominet' superior, aut cõmunior: opȝ vt rẽ vnam ⁊ eandem in vtroqȝ ponat: sȝ sophisma consequentis cõmittitur, inferendo ex hoc, ergo opȝ ꝙ dicat rem vnam ⁊ eandem omnino. Et est semper sermo de identitate ſm rationem, seu diffinitionem. Idẽtitas eñ ⁊ vnitas continent sub se nõ solũ vnitatem ⁊ identitatẽ omnimodã: sed proportionalem: que in analogi nominis ratione saluatur. Negandum est igitur, ꝙ in analogis non predicatur idem de vno ⁊ alio analogato: quoniã vnum ⁊ idẽ proportionaliter de omnibus analogatis dicitur: ⁊ propterea inter predicata non cõuertibilia numerandũ est. Quantitas eñ licet adequet ens de quantitate verificatum ſm rationẽ omnino eandem: nõ tamen ſm rationem illam proportionaliter: quoniã entis ratio non alia proportionaliter ad substantiã ⁊ qualitatẽ se extendit. Uerum qr analogum sonat identitatem proportionalem: ideo huiusmodi rationibus formaliter respondendo, nullo pacto cõcedẽdũ est analogũ ꝯuerti cũ aliquo analogato. ¶ Ad ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

teriam tm̄ descendendo: pōt intrepide dici, ꝙ q͛ analogū rōnē vnam proportionaliter tm̄ predicat: ⁊ vnum proportionaliter plura esse proportionibus silia manifestum est: dupl'r potest ſm singulas rationes ad analogata cōparari. Uno mō absolute: ⁊ sic ſm singulas ratiōes cum singulis analogatis cōuertiꝭ: q͛ nulla omnino vna analogi ratio in duobus analogatis inuenitur. Alio modo ſm identitatem proportionalem, quā hȝ vna cū altera: ⁊ sic cum nullo analogato conuertitur: quoniam omnes analogi rōnes indiuise sunt ꝓportionaliter: ⁊ vna est altera proportionaliter. Et q͛ (vt dictum est) analogum hanc sonat identitatem: ideo formaliter ⁊ simpliciter loquēdo, analogum incōuertibile ⁊ cōmunius predicatum ꝯcedendum est esse. Non tamen genus, aut species aut proprium: aut diffinitio: aut differētia, aut accidens vniuersaliter est. Nec propterea diminutus Ari. aut Porphy. fuit: quoniam predicabile quod simpl'r vnum est, docebant: ac per hoc inter equiuoca numerarunt.

¶ Ex p̄dictis aūt manifeste pȝ, ꝙ analogum non conceptum disiunctum, nec vnum p̄cisum inequaliter participatū, nec vnū ordine: sed conceptum vnum ꝓportione dicit ⁊ p̄dicat. De ordine tamē in analogis incluso infra tractabiꝭ. Unde cum dr̄ de hoīe, aut albedine, aut quocūqȝ alio est ens: nō est sensus, ꝙ sit substantia, vel accidens: sed sic se habēs ad esse. Utor aūt ly sic: qm̄ de proprijs nominibus ꝓportionum ad esse in actu exercito eas importantibus, disputare nolo ad p̄sens: qm̄ metaphysici negotij opus hoc est, ⁊ exemplariter hic de ente loquimur. Simile siquidem est de actu, potentia, forma, materia, principio, causa, ⁊ alijs huiusmodi iudicium.

¶ Qualis analogatorū ſm analogi nomen diffinitio. Cap. 7.

A Pparere quoqȝ Poterit alicui ꝙ in ratione vnius analogati (puta qualitatis) ſm analogi, puta entis nomen: alterius analogati, puta substātie vel quātitatis ratio ſm idem analogi nomē cadere debeat: sicut in analogia attributionis contingere dictum est. Fundamentum autē inde apparentia hec sumit: q͛ ratio vnius analogati vt eadem proportionaliter est alteri, absqȝ illa altera exprimi complete nequit. Dcm̄ est aūt, ꝙ analogo nomine rōnes he importanꝭ vt eadem proportionaliter sunt. ¶ Et cōfirmat hoc, expō ipsa analogie ab Aris. Auer. ⁊ S. Tho. in primo eth. posita. Exponunt .n. ꝙ bonū seu perfectio analogice dicitur de visu ⁊ intellectu: q͛ sicut vis⁹ i corpore: ita intellect⁹ in aīa p̄fectio est. Constat autem ꝙ non est intelligibile hoc se hēre sicut illud: nisi vtrūqȝ extremorū percipiatur. Necessario igitur videꝭ, vnū analogatorum ſm analogi nomē per aliud diffiniēdū esse.

Et autē Liqueat hui⁹ ambiguitatis solutio: recolendum est analoga hec dupl'r inueniri. s. ꝓprie ⁊ metaphorice. Diuersimode .n. hec se habēt ad propositā qōnē. In analogia siquidem ſm metaphoram, opȝ vnum in alteri⁹ rōne poni, non indifferenter, sed ꝓprie sumptū. in rōne sui metaphorice sumpti claudi necesse est: qm̄ impossibile est ītelligere q̄d sit aliq̄d ſm metaphoricū nomen, nō cognito illo: ad cui⁹ metaphorā dr̄. Neqȝ em̄ fieri pōt vt intelligā quid sit pratū i eo qd̄ ridens: nisi sciā quid significet risus nomē ꝓprie sumptū ad cuius silitudinē dr̄ pratū ridere. ¶ Est aūt hui⁹ rō radicalis: q͛ analogū metaphorice sumptū: nihil aliud p̄dicat, q̄ hoc se hēre ad silitudinē illi⁹: qd̄ absqȝ altero extremo intelligi nequit. Et propter hoc hmōi analoga prius dn̄r his in quibus ꝓprie saluātur: ⁊ posteri⁹ de his in q̄bus metaphorice inueniūtur: et hn̄t in hoc affinitatem cū analogis ſm attributionē: vt patet. In analogia vero in qua nois saluatur ꝓprietas, nullū analogi mēbrū per alterū diffiniri opȝ: nisi forte grā materie: vt san. Tho. i. 2. q. de veri. arti. xj. docuit. Sūt em̄ analogatoꝝ rōnes ſm analogi nomē quodāmodo medie inter analoga ſm attributionē, ⁊ vniuoca. In analogis em̄ ſm attributionē primū diffinit reliqua. In vniuocis vero neutrū alterū diffinit: sed vni⁹ diffinitio est cōpleta alteri⁹ diffinitio: ⁊ ecōuerso. In analogis aūt neutrū alterū diffinit: sed vni⁹ diffinitio est ꝓportionalr̄ alterius diffinitio. Et loq̄mur semp de rōne ſm nomē cōe. Ubi g. in diffinitione cordis ſm qd̄ principiū aīalis, nō poniꝭ fundamentū ſm ꝙ principiū domus: nec ecōuerso: sed eadē ꝓportionaliter est principij ratio vtrobiqȝ: vt Com. vbi supra dicit.

¶ Duab⁹ aūt opus est distinctionibus vti in re hac: ea. s. q̄ in logica tradiꝭ de actu signato ⁊ exercito: et ea q̄ metaphysico, vt plurimū tractaꝭ, de ordine rerū sub vno noie ex pte rei: ⁊ pte impositionis nominis. ¶ Ex prima siquidē distinctione scimus duo. Primo, ꝙ sicut animal dictū de homine ⁊ equo, importās vniuocationem in actu exercito, non predicat de homine totū hoc. s. naturam sensitiuam eandem oīno ſm rōnem nature sensitiue equi ⁊ bouis: sȝ naturam sensitiuam simpliciter: quā tm̄ ad hoc ꝙ vniuoca sit predicatio, opȝ esse oīno eandē ſm rōnem nature sensitiue equi ⁊ bouis: ita ens importans proportionalitatem in actu exercito, non predicat de quantitate totum hoc. s. habens se ad esse sic proportionaliter vt substātia aut qualitas suum esse: sed habens se ad esse sic absqȝ alia additione: qd̄ tamē oportet ad hoc ꝙ analoga sit p̄dicatio, idem proportionalr̄ esse cum altero: sic se habere ad esse quod de substātia aut quantitate ens predicat. ¶ Secundo, ꝙ sicut ex declaratiōe qua manifestatur aliq̄d esse vniuocum: q͛ dicit vnam ⁊ eandem omnino rationem in oibus: non fallimur, nec confundimur, nec vagamur circa hominis ⁊ bouis ſm animalis nomen rationem: sed quiescimus, intuentes ꝙ aīal exercēt qd̄ vniuocorū diffinitio et expositio significat. Ita ex hoc ꝙ declaratur ens aut bonū aut quodcunqȝ aliud esse analogum (q͛ dicit rōnes plures easdem proportionaliter, ⁊ importat hoc se habere quemadmodum proportionaliter se hȝ illud ad esse vel appetitum ⁊c.) nō debem⁹ turbari ⁊ inquirere in analogi nominis (puta boni) ratione significationem istā: sed sat sit, distinguendo inter actū signatū ⁊ exercitū, inspicere ꝙ analogi nominis ratio id exercet, qd̄ analogi ratio ⁊ declaratio significat. ¶ Ex his autem duob⁹ patere iam potest intentum, ꝙ. s. non oportet vnum analogie membrū per alterum diffinire, ex eo ꝙ analogum significat esse eadem proportionaliter: quoniam hoc in actu exercito significat.

¶ Ex secūda vero distinctione scimus, nō solum ꝙ p̄posterus est ordo rerū ⁊ significationum quādoqȝ sub nomine analogo: ita ꝙ prior ſm rem ratio posterior interdū significatione est (vt de ente ⁊ bono, ⁊ alijs huiusmodi communibus deo ⁊ creaturis accidit: ratio .n. quam in deo quodlibet horum ponit, significatione quidem posterior, re autē prior est) ⁊ ꝙ propter alterū horum diciꝭ analogū predicare de suis analogatis ſm prius et posterius, ipsam analogi rōnē. ✠. Sed etiā scimus, ꝙ qm̄ rō quā ponit analogū in vno ex rōne quā in altero ponit exponiꝭ: nō ideo fit: q͛ vnū in alteri⁹ rōne cadat: sed q͛ vnius rō posterior altera est significatione: ⁊ per priorē vtpote notiorē declaratur, vt san. Tho. in. 2. ar. q. 13. prime ptis fecit: declarās, ꝙ dicendo, ꝙ de⁹ est bonus: sensus est: id qd̄ bonitatē in creaturis dicimus, preexistit in deo ꝓportionalr̄ ⁊c. Et eadē intelligēdū est rōne fieri, si posterior ſm rem per priorē declareꝭ. Nō diffinit ergo analogum ſm vnam rationem, seipsum ſm alteram: licet exponat ⁊ declaret.

Al's ✠ p̄dicari ꝺ suis analogatis ſm prius ⁊ pos. sȝ ipsā analogi rōnem.

Obiectionibus Aūt in oppositū q̄uis ex dictis satisfactū sit: formalr̄ r̄nderi pōt, ꝙ cognosci aliqua vt eadem ꝓportionalr̄: seu hoc se habere sicut illud, dupl'r cōtingit. Uno modo formalr̄. i. quo ad relationem idētitatis ⁊ silitudinis: ⁊ sic absqȝ extremis cognitio hec haberi nō potest. Alio modo fundamentalr̄: ⁊ sic in rōne vnius nō cadit reliquū: sed rō vnius est alteri⁹ ratio, oīno, vel ꝓportionaliter. Cōstat aūt, ꝙ analogū nomen (puta ens aut bonū) non relationē idētitatis aut silitudinis sigt, sed fundamentū: ⁊ ideo obiectiones q̄ iuxta primū sensum ꝓcedūt nihil ꝯcludūt ꝯ intētum. Patet aūt facillime hec esse vera exēpla de vniuocis, ponēdo ⁊ applicādo ad idētitatē vniuocationis. Significat nāqȝ nomen vniuocū plura inq̄tū eadem sunt vniuoce, seu ſm rōnem omnino. Et identitatis relatio in nullo extremorū absqȝ altero intelligibilis est ⁊c.

¶ Qualis sit in analogo comparatio. Cap. 8.

D Ifficultas Etiā nō parua (que multos inuasit ac superauit) de comparatione in analogo dilucidanda est. Creditum enim a quibusdam est, ꝙ non posset analogia posita, sermo ille nisi extorte exponi: quo vnum analogatum magis perfectius tale ſm analogi nomen diceretur: verbi gratia: substantia est magis aut perfectius ens q̄ quantitas. Moti sunt autem ex eo, ꝙ comparatio in vno communi, vtrinqȝ facienda est etiam secundum grammaticos: quod in analogo non inueniri videtur. ¶ Et potest formari ratio pro eis talis. Aut comparantur analogata in vna cōmuni eis ratione: aut in suis rationibus. Non in ratione cōi: q͛ illa analogum caret: nec in rōnibus ꝓprijs: q͛ tunc falsum est subam esse magis ens, q̄ q̄titas. Nō .n. min⁹ aut impfecti⁹ q̄titas est sua rō, quā ens in ea ponit, q̄ substātia sua ⁊c. Nullo igiꝭ modo videtur comparationem cum analogia saluari posse.

¶ Succūbitur aūt difficultati huic: q͛ ꝓpriū cōpatiōis fundamētū non cōsideraꝭ. Fundaꝭ em̄ sup idētitate seu vnitate rei in qua fit cōpatio ⁊ nō super modo idētitatis aut vnitatis: sicut de intentione superioritatis predictū est. Uñ cū analogū ex dictis cōstet rem vnā lȝ proportionaliter dicere: nihil ꝓhibet in ipso cōparari analogata: lȝ non eo modo quo vniuoca fit comparatio. ¶ Ad cōparationē siquidem cum requirantur ⁊ sufficiant hec tria. Distinctio extremorū ⁊ identitas eius in quo fit comparatio, et modus essendi illius in extremis. s. eque vl' magis aut minus perfecte: sub identitate autem seu vnitate, proportionalis vnitas seu identitas contineatur: ꝯñs est ꝙ si in diuersis idem ꝓportionaliter eque vel magis aut minus perfecte esse hȝ ꝯparatio ſm illud ꝓportionale fieri possit, cōpatione nō vniuoca, sed analoga. Sicut em̄ q͛ natura sensitiua est in boue, ⁊ illa met oīno ſm rōnē est in hoīe, ⁊ p̄fectius esse hȝ in homine q̄ in boue: homo perfectius animal boue diciꝭ vniuoca comparatione: sic, q͛ sic se haberet ad esse est in substantia, ⁊ hoc idem proportionaliter est in quantitate, ⁊ imperfectius eē habet in quantitate q̄ in substātia: dicitur substātia magis seu perfectius ens q̄ quantitas, analoga cōparatione. Unde S. Tho. in 7. art. q. 7. de po. dei, tripliciter cōpationeȝ fieri docēs duos modos analogice cōpationis ponit apl'r te ex hoc insinuans cōparationē non solum super identitate numerali, specifica, aut generica fundari: sed etiam proportionali. ¶ Modi aūt cōpationis ibidē traditi sunt hi. s. ſm solam quantitatem rei participate, ⁊ sic vnum album dicitur altero albius. Uel extendendo pp p̄ns ꝓpositū, hūc modū ad oēm ꝯpationē vniuocam: dicatur ꝙ p̄mus attendiꝭ ſm quātitatē rei pticipate eiusdem oīno ſm rōnem, siue illa rō sit specifica siue gn̄ica: vt calidū magis calidū altero diciꝭ: ⁊ hō p̄fectius animal leone est. ¶ Scd̄s vo modus attēdiꝭ ſm ꝙ res aliqua in vno inueniꝭ participatiue: alterū vero est per essentiā queadmodū hō platonicus longe perfectior homo esset nobis. Et abstractiōe intellectus vtendo: queadmodū bonitas longe melior est quocūque bono: qd̄ pticipatiue bonū dicitur. ¶ Tertius aūt modus attendiꝭ ſm ꝙ res aliqua in vno inueniꝭ formalr̄ ⁊ ſm se: in altero autem virtualr̄, ⁊ eleuatū ad rē superioris ordinis. Quēadmodum dicim⁹ ꝙ sol est magis calid⁹ q̄ ignis: vel ꝙ calor perfectius esse hȝ i sole q̄ in igne. Nec est dubiū hos duos modos vniuocā cōpationē impedire: vt San. Tho. ibidē dicit. et aristo. in primo ethi. de primo modo testatur: vbi bonū cōmune non vniuoce, sed ſm proportionalitatem dōm docet bonitati separate ⁊ bonis ceteris per participationem. Patet igiꝭ ex his, eadem ꝓportionaliter vt sic esse comparabilia: quāuis physice loquendo in sola specie aut genere comparatio fiat.

Ad Obiectionē aūt in oppositū, dr̄ ꝙ vtroqȝ mō i analogis ꝯpatio fit. Cōpanꝭ siq̄dē analogata (puta sba ⁊ quātitas) in rōne vna ⁊ cōi ꝓportionaliter quā analogi nomē (puta ens) dicit: ⁊ addit supra analogata: vt ex dictis ptȝ. Et ꝯparāꝭ ſm suas rationes ſm tm̄ analogi nomē, que earū sit perfectior: secundū ꝙ dicimus, substantia est perfectius ens quātitate: q͛ ratio entis in substātia p̄fectior est rōne entis in quātitate. Ita ꝙ iuxta istā ꝯparationē est sensus, substantia habet perfectiorē ſm entis nomē rationē q̄ quātitas: ⁊ nō ꝙ substātia est magis aut perfectius substātia q̄ quātitas sit quātitas: vt quidā somniare videnꝭ. Uñ ꝯparatio ista extēdiꝭ vsqȝ ad analoga ſȝ attributionē: lȝ in tali analogia non nisi abusiue ꝯparatio fieri possit. Dicimus .n. ꝙ ens reale est magis ⁊ perfectius ens ente rationis: qd̄ per attributionē ad illud, ens diciꝭ in. 4. met. tex. 2. quia ens reale habet perfectiorē secūdū entis nomen rationē. Juxta quē modū si vsus admitteret, diceremus, aīal est magis sanū vrina, quia perfectiorem ſm sani nomen rationem habet.

¶ Qualis sit analogi diuisio ⁊ resolutio. Cap. 9.

Q Ualiter autē Analogū diuidēdū sit: ex dicendis manifestū est. Potest siq̄dē trifariā analogi diuisio intelligi. ¶ Primo, vt diuidaꝭ vox in suas significationes. Dictū est .n. ꝙ analogū plures rōnes significat immediate: ⁊ hec diuisio cōuenit sibi inquantū equiuocū quoddā est. ¶ Scd̄o, vt diuidaꝭ significatū eius in q̄si mēbra eius, eo mō quo eius qd̄ ꝓportionaliter vnū est: sic ⁊ sic ꝓportionatum membra dici pn̄t. Dictū est enim ꝙ analogum non ita diuersas rationes significat, quin significet vnam rationē ꝓportionaliter. Omnes nanqȝ rationes analogo nomine immediate significate, eadē proportionaliter sunt. Ratio aūt vna ꝓportionaliter, cum cōstituatur ex pluribus ratiōibus proportionalibus: in eas secari potest. Hec autē nō est diuisio analogi in sua analogata: qm̄ rationes he ipsius analogi ratione intrinsece clauduntur, ⁊ analogata ea sunt, in quibus rationes ille saluantur nō ipse rationes. Entis enim analogata sunt substantia ⁊ quātitas: ⁊ nō rōnes entis in substātia ⁊ quātitate. Rationes .n. (vt dictū est) analoge sunt. ¶ Uñ tertio modo potest diuidi analogū diuidendo significatū eius in sua analogata per diuersos modos quibus analogi rationē proportionalē analogata ipsa diuersimode suscipiunt. Ita ꝙ diuisum est significatū vnū proportionaliter: diuidētia sunt modi fundātes ⁊ faciētes in analogatis ꝓpas ꝓportiōes ſȝ q̄s fit analogia: ꝯstituta aūt p diuisionē vt partes subiectiue, sūt analogata ipsa. ver. g. Qñ ens diuidiꝭ in substantiā ⁊ quantitatē: diuisuȝ est rō entis noie significata: q̄ oēs in se entis noie significatas rōnes claudit: vtpote vna ꝓportionaliter diuidentia sunt substantiuū ⁊ mēsuratiuū, seu p se ⁊ in alio, sicut ex q̄bus substātia ⁊ quātitas hn̄t ꝙ diuersas entis rōnes subintrēt. partes aūt subiectiue sunt substātia ⁊ quātitas q̄ in entis rōne analogātur. ¶ Et quia hec est ꝓpria analogi diuisio: idcirco distincte explicandū est, quomodo differat diuisio hec ab vniuoca. Tripliciter siq̄dē differūt. ¶ Primo ex parte diuisi: quia diuisione vniuoca vnū oīno secundū rationē secatur: hic aūt vnum proportionaliter. ¶ Secūdo ex parte diuidentium: quia differentie secantes genus sunt extra genus: modi autem secantes analogum ipsius analogi ratione clauduntur: quemadmodum ipsa analogata (vt in capitulo de abstractione declaratum est) propter quod in tertio meta. tex. 10. ens genus esse negatur. ¶ Tertio ex parte ipsarum partium subiectiuarum, que per diuisionem fiunt quia partes diuisionis vniuoce licet ordinem habeant secundum se (⁊ originis: vt dualitas est prior trinitate: ⁊ perfectiōis: vt albedo est perfectior nigredine) tamen secundū diuisi rationem, puta numeri aut coloris: neutra altera prior aut posterior est: sed omnes equaliter in diuisi ratione cōmunicant. Analogata vero, que analoga diuisione constituuntur: non solum secundum se, sed etiam in ipsius analogi quod diuiditur ratione: ordinem habent: ⁊ aliud prius, aliud posterius est: adeo vt in vno eorum tota ratio diuisi saluari dicatur: in alio autem imperfecte secūdum quid. Quod non est sic intelligendum: quasi analogum habeat vnam rationem: que tota saluetur in vno, ⁊ pars eius saluetur in alio: quoniam puerile est hoc. Sed cum totum idē sit quod perfectum, ⁊ analogo nomine multe importentur rationes, quarum vna simpliciter ⁊ perfecte constituit tale secūdum illud nomen, ⁊ alie imperfecte ⁊ secundum quid: ideo dicitur quod analogum sic diuiditur, quod non tota ratio eius in omnibus analogatis saluatur: nec equaliter participant analogi rationem sed secundum prius ⁊ posterius. ¶ Cum grano tamen salis accipiendum est analogum simpliciter saluari in vno, ⁊ secundum quid in alio. Sufficit enim hoc verificari, vel absolute (vt patet in diuisione entis in substantiam ⁊ accidens. Illo enim absolute loquendo dicitur ens simpliciter: hoc autem scd̄m quid) vel in respectu: vt patet in diuisione entis in deū ⁊ creaturā. Utrūqȝ enim licet ens simpliciter sit ⁊ dicatur absolute loquendo: creatura tamen in respectu ad deū, ens ſm quid ⁊ quasi non ens est ⁊ dicitur.

Circa resolutionē Aūt analogatorum sciendū est, ꝙ cū vniuersaliter primū in cōpositione sit vltimū in resol'one: ⁊ p diuisionē tm̄ ea que actu in aliquo sunt resol'o fiat: eodē modo resoluēda sunt analogata in analogū, quo cetera resoluuntur. scilicet vtendo diuisione predicta, que vocatur diuisio in partes essentie vel rationis, ⁊ a posterioribus ſm consequentiam ad priora procedendo, si longa esset resolutio facienda. ¶ Ad rationem autē analogi cum deuentum fuerit, singulis analogatis in suas rationes secundum analogi nomen resolutis: cum illa analogi ratio ex multis constituatur rationibus, ordinem inter se ⁊ proportionalem similitudinem habentibus. vel ordinate ad primam resolutio fiet: veniendo semper ad similius ⁊ propinquius prime, et id in quo dissimilitudo est relinquendo. Uel si non sic ordinatas inter se contingit esse rationes illas, ad primam omnes modo predicto deducende sunt. Ordinem enim ad primam nulla subterfugere potest. Nec refert in pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

posito: an fiat resolutio ad ratione pmam significatione, vel ꝼm rem. Intelligenda enim sunt hec in suo ordine: scilicet significationum aut rerum.

Qualiter de analogo sit scientia. Cap.10.

Visum est autem Quibusdã de analogo sciẽtiam esse nõ posse: nisi queadmodũ de equiuocis scientia habet: eo qd plures rões dicit, lz similes. Imo fallaciã equiuocatiõis cõmitti in syllogismis: in quib9 analogo p medio sumpto, certũ analogatũ subsumitur (nisi forte gratia materie bonus esset processus) asserunt eadem ratione. Nec posset ex vnius analogati ratione ꝼm analogi nomẽ concludi alterum analogatum tale formaliter esse: sed semper predictũ incidere vitiũ ratione predicta confirmant, verbi gratia, Si ponamus sapientiã esse analogice cõmunẽ deo 7 homini ex hoc qd sapientia in homine inuenta ꝼm formalem rationem precise sumpta, dicit perfectionem simpliciter: non cõcludere possum: ergo deus est formaliter sapiens: sic arguendo. omnis perfectio simpliciter est in deo: sapientia est perfectio simpliciter: ergo. Minor em distinguenda est: 7 si ly sapientia pro ratione sapientie que est in homine stat, argumentum erit ex quatuor terminis: quia in conclusione sapientia stat pro ratione sapiẽtie quã ponit in deo: cũ cõcluditur, ergo sapia est in deo. Si autem pro ratione sapientie in deo stat in minore: non concluditur ex perfectione sapientie create deum esse sapientem: cuius oppositum 7 philosophi, 7 theologi omnes clamãt. Decipiuntur autem isti, Scotũ (cuius est ratio hec in questione.1.dist.3.pmi lib.) sequentes: quia in analogo diuersitatem rationũ inspicientes: id quod in eo vnitatis 7 identitatis latet nõ cõsiderant. Rationes em analogi (vt superius etiam diximus) possunt dupliciter accipi. Uno modo ꝼm se (inquãtũ abinuicẽ distinguũtur) 7 ea que cõueniũt eis vt sic, seu ex hoc. Alio modo inquãtum eadem sunt pportionaliter. Primo modo accepte, vitium equiuocationis inducerent si quis eis vteretur: vt patet. Secũdo autem modo eis vtendo, peccatũ nullum incurritur: eo q quicquid cõuenit vni: ꝯuenit etiam alteri pportionaliter, 7 qcquid negat de vna, negatur proportionaliter de alia: quia quicquid conuenit simili in eo qd simile: cõuenit etiã illi cuius est simile, pportionalitate semp seruata. Unde si ex immaterialitate anime ꝯcluditur eã esse intellectualez ex immaterialitate proportionaliter posita in deo, optime cõcluderetur deum esse intellectualem proportionaliter: vt quãtum immaterialitas illa excedit istam tantum intellectualitas illa excedat istam 7c. Propter quod Sanctus Thomas in qõne.2.de pote.dei, artic.5.analogata omnia sub vna analogi distributione cadere dixit. Et merito: qr vnitas analogie nõ esset in coordinatione vnitatũ numerãda: nisi vnũ pportionaliter, vnum esset affirmabile 7 negabile: 7 cõsequẽter distribuibile, 7 scibile subiectum, 7 medium, 7 passio. Unde ad obiecta in oppositũ dicitur, q qr, vt in.2.elenchoꝝ capi.10.dicitur equiuocatio latẽs in hmõi proportionalibus, peritissimos etiam latet. ideo oportet huiusmodi analogis nominibus vtẽdo ex parte vnitatis, semper modum pportionalitatis subintelligi: aliter in vniuocationem lapsus fieret. Nisi em pre oculis haberetur proportionalitas cũ dicitur immateriale omne esse intellectuale, tanq vniuoce dictum acciperetur: 7 latens equiuocatio non visa obreperet.

Proportionalitate autem seruata de analogis scientiã esse et diui Thome pcessus de bono 7 vero 7 alijs hmõi, 7 quotidianũ cõuincit exercitiũ. Testatur quoq demõstratiue artis pater Aristo. in scdo poste.ca.xj.incip. (Ut habeamus autẽ pposita vel pblemata) analogũ cãm adequatã esse alicuius passionis, 7 p mediũ oportet quãdoq a demõstratore assumi, dũ venationẽ ppter quid docens inquit, Amplius alius modus est ꝼm analogiã eligere vnum: idẽ em nõ est accipere: qd oportet vocare sepion. 7 os, 7 spinã. Sũt aũt que sequũtur: 7 hoc tã q natura vna hmõi existente. Et in sequẽti ca. ait, Scdm autẽ analogiã eiusdẽ: 7 medium se habet ꝼm analogiã. In quibus verbis non solum docuit analogum vt medium assumi quandoq in demonstrationibus: sed etiam ipsum ✠ non esse vnum in se expressit. et cum hoc habere passionem adequatam: acsi vnius esset nature.

Alis ✠ ipsius. Nec analogia hec pcessum formalẽ ad ꝯcludendũ de deo et creaturis pdicatũ aliqd eis cõe: qm accepta sapiẽtie ratione, 7 segregatis ab ea per intellectũ eis que sunt imperfectionis: ex hoc qd id qd est sibi ppriũ formaliter sumptũ perfectionem absq imperfectione claudit, cõcludit. ergo sapiẽtie ratio nõ oĩno alia, nec omnino hec, sed hec pportionaliter est in deo quia similitudo inter deũ 7 creaturam nõ est vniuoca: sed analoga. Nec pari ratione potest cõcludi deũ esse lapidẽ pportionaliter: quia ratio lapidis formaliter sumpta quãtũcũq expoliata imperfectionem aliquã claudit, que prohibet tam ipsam ꝼm se, q ipsam pportionaliter in deo reperiri: nisi metaphorice: queadmodũ dictũ est: petra aũt erat Christus. Unde cũ fit hmõi pcessus, ois pfectio simplr est in deo: sapiẽtia est perfectio simplr: ergo 7c. in minore ly sapiẽtia nõ stat p hac vel illa rõne sapiẽtie: sed p sapiẽtia vna pportionaliter. i. p vtraq rõne sapiẽtie nõ cõiunctũ vel disiunctũ: sed inquãtum sunt indiuise pportionaliter: 7 vna est altera pportionaliter: 7 ambe vnã pportionaliter cõstituũt rõnem. Significãtur em analogo nomine inquãtum eedẽ sunt: vnde nõ oportet analogũ distinguere, ad hoc q cõtradictionẽ fundet: 7 enũtiationis subiectum aut predicatũ fiat: sed rõne idẽtitatis pportionalis in se clause, 7 quã principalr dicit, ex se ad hoc sufficit. Contradictio em dicitur ꝯsistere in affirmatione 7 negatiõne eiusdẽ de eodẽ 7c. et nõ affirmatione 7 negatione vniuoci: identitas siquidẽ tam rerum q rationũ (vt pluries replicatũ est) ad idẽtitatem pportionalem se extẽdit. Ex hoc aũt apparet Sco. in.j.sen.dis.3.q.1. vel male exposuisse cõceptum vniuocũ, vel sibi cõtradicere: dum volens vniuocationẽ entis fingere ait, Cõceptum vniuocum voco, qui ita est vnus q eius vnitas sufficit ad cõtradictionẽ affirmãdo 7 negãdo ipsum de eodẽ. 7 sic vniuocũ vult esse ens. Si em identitas sufficiẽs ad ꝯdictionẽ vniuocatio dicitur: cõstat q ponẽdo ens esse analogum 7 ꝼm pportionalitatem tm vnũ, satisfiet vniuocationi, qd scotice doctrine aduersatur tenenti habere cõceptũ vnũ simpliciter 7 omnino indiuisum: vt de vniuocis diximus. Si aũt nõ ois talis idẽtitas sufficit ad vniuocationẽ: nõ recte igitur vniuocatio cõceptus declarata est esse eam, que ad cõtradictionem sufficit: quasi proportionalis identitas ad hoc nõ sufficiat.

De cautelis necessarijs circa analogorum nominum intellectum et vsum. Cap.xj.

Quia vero Aristo. in predicta ex elenchis authoritate, doctissimos viros circa horũ nominũ cõceptus errare dicit ob latentem eorum vnitatis modum. idcirco necessarium fore duximus in fine huius tractatus cautelas quasdam tradere quibus possit se quis ab errore multiplici in re hac preseruare.

Cauendũ Est igitur imprimis, ne ex vniuocatione ipsius nominis analogi respectu quorundam: credamus simpliciter ipsum esse vniuocum, omnia enim fere analoga, proprie fuerunt prius vniuoca: 7 deinde extensione analoga communia proportionaliter illis quibus sunt vniuoca 7 alijs vel alij facta sunt. Sapientie enim nomen primo impositum est humane sapientie: 7 vniuocũ omniũ hominum sapiẽtijs erat. Deinde ad diuine nature cognitionẽ ascendentes, proportionalẽq similitudinẽ inter nos vt sapiẽtes et deum cõtemplantes sapientie nomen extẽderunt ad id in deo significandum, cui nostra sapiẽtia proportionalis est, sicq vniuocum nobis analogum factum est nobis 7 deo. Et similiter de alijs accidit. Falli autẽ contingit faciliter ex hoc: quia illa ratio prior vtpote notior 7 familiarior 7 prior quo ad nos: semper profertur ab illustribus viris 7 eorum sequacibus, quãdo analogi significatio queritur, 7 dicitur esse tota analogi ratio: pro qua simpliciter prolatum stat, 7 oĩa analogata illã participare: vt ptz cũ sapiẽtie ratio reddit. Assignatur em differẽtialis eius cõceptus p rõne: ꝼm quã cõis ponit deo 7 creature. 7 simile est in alijs. Creditur enim ex hoc q illa sit ipsa analogi ratio 7 incaute vniuocatio acceptatur: nõ enim illa ratio est ratio analogi: sed eius origo quo ad nos: quoniam non illa, sed illa proportionaliter in altero analogato inuenitur: vt ex dictis patet.

Cauendum Scdo est: ne nois vnitas vt diuersitas rationũ analogam vnitatez obnubilet: hoc em tanq quoddam accidens, in re hac suspiciendum est. Nihil enim minus analogice idem sunt sepion, os 7 spina vnũ non habentia nomẽ, q si vnũ nomẽ haberent: nec magis idem essent si vnum nomẽ haberẽt: 7 tamẽ si cõmuni noie ossa vocarentur: ita qd defectu vocabulorum, vel rerum proportionali similitudine, ossis nomen ad cetera extẽsum esset: crederemus eiusdem esse nature 7 rationis ossa 7 spinas 7c. Preter im qr (vt dictũ fuit) ad ea que sunt proportionaliter eadem cõsequũtur passiones tanq si eorum esset natura vna.

Cauendum Tertio est: ne vocalis vnitas rationis analogi nominis mentem reuoluat. Ex eo nãq (verbi gratia) q principium dicitur esse id ex quo res fit, aut est aut cognoscitur: 7 hec ratio in omnib9 que principia dicuntur saluatur principij nomen vniuocum creditur. Erratur autẽ: quia ratio ipsa nõ est vna simpliciter: sed pportione 7 voce: vocabula em ex quib9 integratur, analoga sunt: vt ptz: neq em fieri, neq esse, neq cognosci, neq ly ex, vni9 oĩno est rationis: sed proportionalis. Et ppterea ratio illa in oĩbus vtpote proportionalis saluatur: sicut 7 principij nomen pportionaliter commune dicitur.

Cauendum Demum est: ne diuersa doctorũ dicta de analogis nos perturbẽt. Considerandũ quippe est, q qr analogũ mediũ inter equiuocũ 7 vniuocum est: 7 mediũ extremorũ naturam sapiens, ad alterum cõparatum, alterum induit: adeo vt quando medio ꝼm id quod de vno extremo habet vtimur: illius extremi cõditiões ei attribuamur) vt in quinto phy si.tex.com.6.7.51.patet) ideo plerũq doctores vtentes analogo ex parte vnitatis quã ex vniuocis participat vniuocorum nõ solum cõditiones (puta abstractionem indistinctionẽ 7c.) sed etiã nomen ei attribuunt: vtentes vero analogo ex parte diuersitatis quam qui ex equiuocis trahit conditiones quoq supradictis oppositas, et nomen illi imponunt equiuoci. Et vt de multis pauca dicantur, Aristo. in secũdo meta.tex.4.ens 7 verum vniuoca vocat: quia ex parte idẽtitatis illis vtitur: vt processus suus aperte ostendit. San. Tho. quoq pluries dicit in ratione alicuius analogi (puta paternitatis cõmunis diuine 7 humane paternitati) oĩa contenta esse indiuisa 7 indistincta: 7 q paternitas (verbi gra) abstrahit a paternitate humana 7 diuina: qr vtitur analogo ex parte idẽtitatis. Nec tñ false sunt aut abusiue pdicte locutiones 7 similes: sed ample potius, 7 large, queadmodũ pallidũ nigro contrariũ est 7 dicitur. Saluatur siquidem in analogis identitas nois 7 rationis: in qua (vt ex dictis ptz) nõ solũ analogata: sed etiã singule analogi rationes vniũtur, 7 quodãmodo confundũtur: vtpote abstrahentes aliqualiter ab earũ diuersitate. Aristote. rursus in primo physi. ex parte diuersitatis, ente vtens contra parmenidem multiplex seu equiuocũ (vt ipsemet illum textum sic exponendum specialiter in secundo elenchorum tradit) vocauit: vnde 7 Porphyrius Aristo. dicere ens esse equiuocum accepisse videtur vtens ente ex parte diuersitatis. Quod tamẽ Sco. in pmo, dis.3.in.q.3.in logica Aristo. nõ inueniri ideo dixit: quia predictos textus non cõiugauit. Propter qd ibidem quoq contra textum glossauit principium Aristo. contra parmenidem in primo Physi.tex.13.vt in elenchis (vt dictũ est) clare p3. Sanc. Tho. etiam, ens prius non esse primo analogato nihilq deo prius ꝼm intellectum cẽ dicit: pluries vtens analogo ex parte diuersitatis rationum. Quelibet siquidẽ eius ratio secundum se quia propriũ analogatum in se claudit: 7 in sui abstractione illud secum trahẽs cũ illo cõuertitur (vt supra diximus) ideo prior secundũ consequẽtiam, aut abstractior suo analogato negatur. ac per hoc primo analogato 7 deo nihil est prius: quia eius ratio secundũ analogi nomen, que ipso prior secundum se non est, sed conuertitur: ceteris prior rationibus. Cũ his tamen stat, q ratio illa in deo vt eadem est proportionaliter alteri rationi: secundum idẽ nomen superior 7 secundum consequentiam prior logice loquendo sit: vt ex dictis patet. Dico autẽ logice: qr physice loquendo analogum nec est prius secundum consequentiã omnibus analogatis (qr ab eorum proprijs abstrahere non potest: quãuis vt saluatur in vno sit prius altero) nec põt esse sine primo analogato, vbi analogata consequenter se habent. Unde si quis falli non vult solerter sermonis causam cõiectet: 7 extremorũ conditiones medio applicaturũ se recolat: sic enim facile erit omnia sane exponere, 7 veritatez assequi: que a prima est veritate. Cuius cognitio ex hoc exaltetur 7 firmetur opusculo completo in conuentu sancti Apollinaris papie suburbio: die primo Septembris. M.ccccxcv.ij.

Preclarissimus reuerendissimi do. dñi Tho. de vio, caietani Cardinalis S. Xisti, de nominũ analogia tractat9 explicit.

Eiusdem super duo de conceptu entis quesita ad fratrem Franciscum de Ferraria magistrum studentium in Conuentu Bononiensi, Responsio.

Amantissime Pater Ex acceptis vestre solicitudinis lrĩs percepi libellum nostrum de analogia nominum vos plegisse duoq dubia de cõceptu entis mentẽ vestram tenere, soluiq a me familiariter flagitastis. Ego aũt q primũ compleui expositionem librorũ de anima (cuius fini incumbebam cũ vestras recepi) respondere curaui: ne preclaro ingenio tuo deessem. Primum igitur dubium fuit ad hominem meipsum. s. quia in commentarijs de ente 7 essentia, sustineo vnũ conceptũ mẽtalem representatiuum entis, 7 in trac. de analogia noium videor hoc negare. Secundum autẽ est ad diuum Thomam quoniã ego in prefato libello sustineo analogum non absolui ab his, quibus analogum dicitur: 7 diuus Tho. in.q. de ꝟi.q.1.ar.1. docet ens habere conceptum vnum simplicẽ: ad quem omnia predicamenta, 7 transcendentia addunt: in quem resoluuntur: qui est primo notus. Hec enim inuicem sibi aduersari videntur: quandoquidem si ens absolui non potest a naturis rerum: nõ erit simplicissimus nec primo notus: nec in quẽ vltimo resolutio fiat: 7 ad quem omnes addunt.

Ad euidentiam Horũ, 7 specialiter primi, recolito q quicquid est imago alicuius similis alteri: est etiam imago illius alterius quatenus primo assimilatur: ac per hoc omnis conceptus creature est conceptus dei: sicut omnis creatura aliqua est similitudo dei. Hinc ergo fit, q cum vnum proportionabiliter vt sic, habeat singula membra similia proportionabiliter: oportet q habeat etiam vnum conceptum mentalem representatiuum illius vnius proportionabiliter. Nec huius oppositũ teneo in tractatu de analogia nominum: sed conceptus iste vnus numero in mente secundum esse subiectiuum, est vnus analogia secundum esse representatiuum. nec repñtat vnam solam naturam: sed vltra vnam, quã determinate representat (a qua est impressus) representat implicite ceteras similes illi primo representate secundum id in quo proportionabiliter eis similis est. idem enim est iudicium de similitudine rerum inter se, 7 conceptus mentalis 7 rerum. Quemadmodũ enim ossis natura similis est nature spine in sustinendo carnes animalium (in quo analogantur) ita conceptus mẽtalis ossis vt sustinẽs carnis, est similis ossi 7 spine: sed ossi determinate: spine autem implicite: sicut etiam ipsum os non est simile spine determinate: sed quatenus spina sustinet carnes, sicut ipsum os. Hic est primus modus, quo analogum h3 vnum cõceptum mentalem: ac per hoc ens: cum analogum sit vnum: hoc pacto habet cõceptum in mente a rebus impressum. Alter autez modus super ipsius intellectus opere: quo natus est adunata diuidere, fundantur. et est tunc conceptus similis vnus numero in mente, representans analogũ quidẽ determinate: nullã autem eorum que fundant analogiam explicite. Contingit aũt hoc: cum intelligens mẽtalẽ ꝯceptũ quem paulo ante diximus, expoliat ab illa determinata natura quam representabat: 7 loco illius nature concipit pronomen aliquod referẽs naturas fundantes analogiam indeterminate. verbi gratia. Si conceptus ossis, est os sustinens carnes. intelligẽs loco ossis ponat quod, 7 dicat quod sustinet carnes: tũc enim manifeste representatur analogum explicite: implicite autem tantum nature fundantes analogiam. Est autem inter hos duos conceptus non solum dicta ex radicib9 differentia: sed etiam quia primus ad quid rei spectat analogi. secundus autẽ ad quid nominis: neuter tamen perfecte representat analogum. De quo scilicet perfecto seu adequato explicite cõceptu analogi interpretandum est, cum a me vel ab alio scriptum inuenitur, q non potest analogum, vnũ numero mentalem conceptum habere: sed vnum analogia tantum. Et quoniam conceptus mentales sunt imagines rerũ representatarũ (nisi sint fictitij) quemadmodum in mente concept9 adequat9 analogi nõ est vni9, sed exigit representationẽ omnium fundantium analogiam: ita significatum analogi adequatũ 7 perfectũ nõ potest sic abstrahi, vt obijciatur: representet, aut cõcipiatur absq fundantibus rebus. Et sicut in mẽte duplex cõcept9 imperfect9 reperit, ita res significata extra põt obijci dupliciter

imperfecte: scilicet vel in vno explicite in quo cetera obiiciuntur indeterminate: vel in nullo explicite, sed omnia implicite in solo formalissimo significato explicite. ¶ Nec predicta contrariantur doctrine Sancti Thome: ens enim primo notum ordine generationis est ſm conceptum imperfectum: ordine autem distincte cognitionis est ſm conceptum perfectum.

¶ Ens quoq; habere conceptum simplicissimū consonat dictis: quoniam cum simplicitas cōpositioni opponatur: et vnū analogia non sit vnum compositione aliqua: non habet ens ex hoc qđ analogum, compositionē admixtam. Et vt exercitatione resolutio monstretur: si substantiam in ens vis resoluere. si in conceptum distinctum entis resolutio queritur: resoluetur in ipsam naturam substantie quatenus esse fundat qđ est simplicissimum: cui ꝛ addit ipsa substantia ꝛ addunt trāscēdētia. Et si in cōceptū confusum: quod est resolues: quod etiā est simplicissimum: cui etiam predicta addunt. ¶ Sed occasio errandi multis est: quia in resolutione distincta querunt resoluere in vnum analogia: sicut consueuit resolui in vnum vniuocatione. Ita qđ querunt in analogia quasi vnum numero terminum sicut in vniuocis: cum tamen terminus in analogia sit vnus proportionabiliter tantum. Ita qđ ꝛ singula resolubilia resoluuntur in conceptus simplices obiectiuos ꝛ mētales: et omnia in conceptum obiectuum ꝛ mentalem simplicem et vnum proportionabiliter. Ita qđ (vt vnico verbo rem absoluam) ens esse primo notum in quod fit omnis resolutio. in qđ omnia addunt: per modum analogi interpretandum est: cum quo stare potest. q ens secundum perfectum adequatumq; conceptum non abstrahit a naturis predicamentalibus: sicut nec aliquod analogum a fundantibus analogiam. ¶ In hoc pendet tota vis claritatis rei huius: vt semper animaduertat secūdum analogorum motem hec dici. ¶ Plura nunc non mihi occurrunt ad propositum dicenda: imo prolixior fui acutissimo ingenio tuo: quo ex vnico verbo concepisses cuncta. Bene vale: ꝛ pro me orare digneris. Rome, die 27. Februarij, 1509.

¶ Finis.

¶ Excudebat Joannes Crispinus Augduni,
Anno a salute Mortalibus restituta,
1540. Mense Februario.

Regestum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK.

Omnes sunt Quaterniones, preter HH Quinternum, et KK Ternum.

† Index seipsum manifestat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Barcelona
Biblioteca